



W.R.

Y 94 4  
qu

7.

233.

Τετραγύις Τετράδος ἐνδεκαποντάς!

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
DE

# QUARTANA INTERMITTENTE,

CONSENSU  
SPLENDIDISSIMI MEDICORUM SENATUS,

PRÆSIDE

MAGNIFICO ACADEMIÆ RECTORE ET SENIORE,

# GUERNEROROLFINCIO

Phil. ac Med. Doct. Practicæ ac  
Chimiæ Prof. Publ.

Dn. Patrono ac Preceptorē aeternū colendo,  
publicè discutiendam proponit

## PRO LICENTIA,

summos in arte medicâ honores, privilegiaque  
Doctoralia legitimè adsumendi,

# MICHAEL GRAMANN,

ILMENA-Thuringus,

Magni Moscoviae Imperatoris designatus Archiater.

In Auditorio majori, horis ante & pomeridianis,  
ad diem Decembr.

---

IN ATHENÆO SALANO.

TYPIS KREBSIANIS.

ANNO MDCLXVI.

234.

CLARISSIME.

235.


# GRAMANE!

**V**irtus tibi viam parit ad ardua, firmis nixa columnis. Hæ sunt do-  
tes illæ, singulari cœli quæ in te e-  
minent clementiâ. Adest *εὐφυΐα*,  
non vulgaris ad artem medicam propen-  
sio, eaquè ingenii excellis facilitate, quæ  
sufficit ad ardua ejus mysteria capienda,  
& judicium de iis ferendum! Accedit  
*παιδεια*. A teneris versatus es inter i-  
gnes chimicos. Mox lætis te excepere  
ulnis *η διδασκαλία, φιλοτονία, ἀσπις καὶ κέρνος*. Incidisti  
in manus fidelissimi manuductoris, pa-  
trui, Magni Moscoviae Tzarii, archia-  
tri, aliorumque præceptorum, non fo-  
lum aliis qui præcellunt cognitione,  
verùm omni modâ instructi experientiâ,  
exemplis tibi præiverunt speciosis, ut  
manu palpare possis, justum fuisse vete-  
rum institutum, quod Minervæ & Vul-  
cani imagines uno eodemque in templo  
Athe-

*236*  
Athenis coli voluere , industriamque  
& sagacitatem humanam haud præ-  
clarum quid præstare posse , nisi id , quod  
mentis indagine conceptum , statim in  
effectum producatur . Manum ergo , &  
compositioni medicamentorum , & æ-  
grorum sanationi , mature satis admovi-  
sti , & non modico temporis spatio in eo  
fuisti totus , ut morborum *ἀσθενειαν, θεραπείαν καὶ θε-*  
*ερπετιαν* disceres , sicque utilem tandem am-  
plissimo Regno operam locare posses .

Nunc in arenam descende , nodosquè  
Gordios , in cathedrâ tibi opponendos ,  
acie veritatis perrumpe , scinde , finde .  
Sic dignus habitus athleta , mereberis  
immortalis Laurus præmium . Deus o-  
mnes conatus secundet . Dab . in Athenæo  
Salano , ANNO M DC LXVI Idibus  
Decembris .

**Guernerus Rolfin-**  
**cius Acad. Rector & Senior.**



D. O. M. A.  
IN DISSERTATIONEM  
DE  
**FEBREQUARTANA**  
PROOEMIUM.

Ὄλος ἀθέωπος ἐκ γενεῆς νοῦσος θεός:

**T**otus homo abortu morbus est. Brevi hāc sententiā Democritus hominis explicat miseriam. Homo, animal illud admirandum & adorandum, adorandum propter mentem divinitatis æmulam, admirandum propter structuræ excellentiam, immunitatem hanc impetrare non potuit à naturâ, ut integrâ frueretur sanitate corporis & valetudine rectâ mentis, quæ duo optima hāc sunt in vitâ. Non est census suprà censum salutis corporis. Non est census suprà censum salutis animæ. Non est census suprà censum salutis utriusque. Mundus magnus inhumanitate redundat in párvum, & infinitas adversus hominem cumulat molestias. Mundus magnus in unius hominis gratiam factus, videtur odio in ipsum plenus, ut per ea perniciem meditetur, per quæ nos fecit, per quæ nos tuetur, & per quæ nos sustinet.

Elementa, prima nostra materia, Θ, Δ, ♀ prima nostra materiata dum benè habent, vitam sovent.

A

Calidum

Calidum naturale actionum omnium instrumentum interficit & destruit, quæ corpora producebat & fovet. Dum benignus est & mitis calor, incubantis & ova excitantis gallinæ simili reficit influxu; dum efferatur, Vesuviano incendio similis, omnia consumit & depopulatur furore.

Hinc FEBRUM nata cohors multiplici nostræ vitæ insidias struens calamitate, sed varia, ut Lernæ hydræ non cedat capitum numero, nec ærumnarum atrocitate.

Non omnia prosequi instituti fert ratio, dum inauguralis cathedræ fores nobis sunt apertæ. Unam eligemus speciem, à quaternario dierum numero nomen adeptam, Aethnæum post terræ microcosmica tremorem & succussonem per intervalla quatuor dierum repetentem incendum, ingeniosâ in humani generis noxam quæ armatâ malitiâ miris modis terret salutis antistites, ut ratio penè cum experimentis præ ipsa trepidet. Ita versipellis est, pertinax & refractaria.

Huic instituto faveat sumimus artis servandorum hominum conditor, ut omnia cedant in divini nominis gloriam & multorum ægrotorum emolumen-tum.

## CAPUT I definitionem nominalem continet.

**N**OMEN habet à typo, qui in affectu cognoscendo non obscuram nobis facem præfert, majorem habet aliis febris intercapedinem, longiores dat inducias, & refectioni locum, quartō.

239

quarto subinde die exsurgens, & ad statum usque circuitum  
desinit. Πυρετὸς ἀγάλεπτος τεπεζίος, à ἀγάλεψε & resultū  
terminō dicitur, ἀγάλεπονται enim νοσηματεῖ singulō adfert  
quatriduō. Ipsum intervallum ἀγάλεμα dicitur.

Melancholica dicitur à causa efficiente. Quadrinam  
appellat Plinius lib. 7, cap. 59. à quadrimo circuitu. Quer-  
queram Plautus in Frivolariae fragmentis, quod dura sit &  
gravis, amplitudine item insignis, aut quod frigida sit &  
cum horrore tremens, qualem tremorem Græci κάρησιν  
vocant.

## CAPUT II definitionem exponit realem & ejus formalem rationem.

DEFINITUR intemperies calida cordis & totius,  
quarto quoque die recurrens, ab humore melancholi-  
co in primis viis collecto & putredinem concipiente, ortus,  
cum rigore & dolore ὀξοπόνῳ invadens, omnesque actio-  
nes lādens.

GENUS, quod formalem rationem constituit, quæ-  
rendum est in censu rerum præter naturam, quæ tres nu-  
mero sunt: morbus, causa & symptomata.

IN MORBORUM synedrio locum obtinet quar-  
tana febris. Est morbus intemperiei calidæ formaliter,  
non siccæ.

UNIVERSALIS verè est morbus.

1. Subjecti ratione, nam non solum cor; verū etiam  
adæquate totum occupat corpus.
2. Effectuum ratione universalitatem præ se ferre vide-  
tur, lādit enim omnes actiones.
3. Periculorum, quæ vita intentat, respectu, etiam uni-  
versalis appellari potest, nullas non minatur clades, nullas  
non exercet persecutions.
4. Objecti ratione catholicus est morbus, adoritur ca-  
lidum nativum, commune omnium actionum instru-  
mentum.

*240.*  
mentum. Calidum hoc nativum natura est elementaris. Dum permutatur in igneum febrilem, occurrit differentia quædam, quæ ē *τέχνη* *ποιῶν*. Duplex hæc est: essentialis & accidentalis. Locum hic habet non essentialis differentia, n̄ *μόδιον* *ποιῶν* *αἴσθησιν*, que facit aliud, sed accidentalis, n̄ *μόδιον* *ποιῶν* *αἴσθησιν*, que facit diversum.

Calor naturalis & febrilis in quartanā non differunt generē, nec specie, nec numero. Diversi sunt solum habitudine, & conditione statū vel gradū.

Quocunque modō consideretur quartana: imò videatur natura beneficium, semper tamen morbos dispositionis meretur, nomen, nunquam definit esse morbus.

In CHRONICORUM morborum numero hæreditarium hibi adsciscit locum.

### CAPUT III subjectum declarat.

UT quod, afficitur totus homo: UT Quo, corpus & anima sensitiva & vegetativa. PRINCIPALE est cor: ADÆQUATUM partes reliquæ. IN has calor febrilis per arterias & venas ceu per medium disseminatur. Hoc modo cum putridæ exhalationes ad cor deferuntur prima inali nascitur occasio, & rami venæ portæ, atque ab his facta communicatione vena cava, atque arteria magna calore accenduntur.

REMOTÆ seu ANTECEDENTIS materiae SUBJECTUM, & fomes sunt LIEN, páncreas, in quibus coenozæ, trigidæ, ac siccæ humiditates coacervari, ac obstruktiones parere possunt. Vix aliquis diuturnā febre quartanā & nullā arte medicabili detinetur, quin vitium sit in liene & antecedens & consequens, verba sunt *Ballo-nii conf. lib. i. conf. 107.* ANTECEDENS est infirmitas in substantia latens, indeque exorta *πανοπεγγία*. CONSEQUENS est infirmitas ex morbo aliquo præcedente contrita.

PANCREAS & MESENTERIUM sapè fores aperiunt,

aperiunt, dum chyliferae venæ vel pancreas obstructionibus  
obnoxia, succum lacteum & pancreaticum dictum non ritè  
excipiunt.

*228.*  
Helmontius tratt. de febribus cap. 6. t. 9. lienem sub quartanæ  
torturis tolerare multa, docet, ut nigræ & retorridæ  
bilis cloaca fieri queat. Sedes autem, subjungit, non est  
in lienis corpore, sed in arteriis, si non in omnibus, tan-  
tum in aliquibus, cum hoc viscus præ reliquis frequentiar-  
teriarum propagine sit ditatum.

## C A P U T IV

### causas indagat, immediatam, & mediatam proximiorem.

M M E D I A T A est humorum in corde accensio: in ca-  
lefacto esse, solidæ autem substantiæ in calefieri.

M E D I A T Æ P R O X I M O R E S sunt vapores ipsi, pu-  
tridi exhalantis humoris melancholici.

Melancholia est vel A L I M E N T A L I S vel E X-  
C R E M E N T I T I A. ALIMENTALIS est quartam as-  
se sanguineæ pars: & ex eâ *Franciscus Joël & Stephanus Ro-*  
*dericus Castrensis* in venis putrescente quartanam oriri existi-  
mavere. Excrementitia iterum duplex 1. Naturalis, με-  
λαγχολικὴ χυμὸς, ὃν εὐ πᾶσιν ὑγιαινοῦσι γεννᾷ θεαὶ Φάνδροι,  
quem, ait *Galenus* 2. de nat. facult. cap. 2. in sanis gigni dicimus.  
Et hæc ex crassâ ciborum portione collectâ in liene coacer-  
vatur.

2. Præternaturalis atra bilis communiter dicta, qua-  
druplex: quælibet ab immodico colore & adustione. 1. ex  
sanguine adusto. 2. ex pituitâ salsa 3. ex bile adusta 4. ex suc-  
co melancholico adusto, fecis usitâ instar.

*Galenus* ex solo melancholico humore excrementitio  
naturali quartanam generari statuit 2. de differ. febrium cap.  
5. dum scribit: τὰ δὲ τέρπου γένος ταῦ Διαλεπόντων πηγετῶν  
οὐ αὔριες τετρατάξονται, οἷαν ἡπὶ μόνῳ γίνεται τῷ μελαγχολι-  
κῷ χυμῷ φυκεῖται ηπὶ ἔπειρῷ τῷ πρεστού ὑπαρχοντι. *Tertium*  
*febri-*

*242.*  
febrium intermittentium genus est exquisita quartana, quando ex solo humore melancholico, qui frigidâ & siccâ constat temperaturâ, generatur.

Alexander Trallianus lib. 12. § τελεῖαίος πυρετός, inquit, οὐν ἔχει μίαν ιδέαν, αἰτίᾳ ποικίλην καὶ θεραπεύσιν. ὁ μὲν γάρ ἐξ ὑπερεπιπλούς τῆς ζειθῆς χολῆς ἔχεται γενεσιν. ὁ δέ διπλὸς τοῦ Τερπόδονος αἴματος. Quartana non unam habet naturam sed variam. Alia ex flava bile, adusta, alia ex feculento sanguinem nascitur.

Avicenna lib. 4. feni tract. 2. cap. 6. ut quatuor species atra bilis ex adustione humorum, bilis, sanguinis, pituitæ, melancholice, factæ constitut, ita etiam ex omnibus istis humoribus quartanam oriri docet: & eo sensu quartanam alienam vocat biliosam, aliam pituitolam, aliam melancholicam, ex adustione horum humorum melancholiâ generata.

Horatius Augenius l. 5. de febribus cap. 16. quartanam ab omnibus melancholici humoris speciebus fieri existimat, excepto solo humore ex flava bilis assatione genito.

Nos ex solo humore melancholico quartanam excitari existimamus: quibus alias vox assationis aut superassationis satis suspecta est.

Putrescit autem ille humor, quod ultrâ tempus debitum in corpore nostro coaceretur.

Id verò contingit, vel quod natura segnis sit, & debilis in expurgando hōc retrimento: vel quod plus coaceretur in corpore, quam natura possit ejicere: vel denique quod viæ, per quas expurgari debet, non sint satis expeditæ sed obstructæ. Obstrucțio hēc pessimum humoribus otium adferit, cuius vis præsentissimam corrumpendi vim habet. Putrescit aqua suō quæ destituitur motu: aër quietens corrumpitur, & inficit cuncta: sic & humores, nisi moveantur, desidiâ corrumpuntur.

C A P U T V  
Hippocratis sententiā proponit.  
Hippocrates libro de naturâ hōminis ut omnes febres, ita & quartanam à bile flava oriri docet, sed permittâ cum

243.

cum atrâ bile. γνάση δὲ ἐν τῷδε, ὃν οἱ τελαρέοι πέρετοι μετέχουσι τὸν μελαγχολικὸν χυμὸν. Φύνοπόρῳ γάρ μάλιστα οἱ αὐθεωποι σίλισκονται υπὸ τῶν πεφερταίων, καὶ ἐν τῇ ἡλικίᾳ δύο πεντεηποὶ ἔισσιν ἐτέων ἔως τῶν πέντε καὶ πεσταρέψιον. Noscis ex eo, quod quartanae excitentur ab humore melancholico. Autumno homines maximè febre quartanā à XXV. anno ad XXXXV, corripuntur.

## CAPUT VI. Chimicorum sententia.

**H**I luis innixi principiis oriri quartanam ex nitro sulphureis impuritatibus statuunt. Nam cum melancholici salsis acidisque ichoribus & nitrosis cruditatis abundenr, crassior verò sanguis oleofæ pinguedinis tanquam sulphuris non expers sit, fit, ut quoties hæc invicem exactè permiscentur, & per minima uniuntur, spiritus quidem acres, austeri, & acidi membra ac periostia infestè vellicent. SULPHUR autem hostem suum aversatum & accensum alta petat, atque in universum deferatur, donec deflagret. At cum impurius sit, quam in reliquis, neque tām Φλογίσσων, tardius etiam incenditur, obscurius ardet & lenius absumitur.

*Alii mercurio quotidianas, elemento terræ quartanas adscribunt. Quercetanus in quartanā accusat Tartarum communem nostræ naturæ hostem. Charletonus pathol. docet, quod in febri quartanā sanguis dulci suâ spirituosa balsamicâque indole exutus, dyscrasiam quandam acidam, penuriosam, nonnihilque austera m̄ sibi contraxerit: eo ferè modo, quo vinum ac cerevisia tonitru commota, seceque turbida infecta, suppressis spiritibus acescere perhibentur. Quodque idem hoc pacto à nativâ suâ puritate longè degener, & fecibus acidis ad spirituum usque fixationem conspersus, de novo affluentem chylum ritè concoquere & assimilare minimè valeat; sed in liquorem extraneum corrumpat: quâ cuim ad plenitudinem ac turgescentiam in vasis satu-*

*244*  
saturatur, consequitur mox hujus materia fluor, velutique spontanea effervescentia, accessionem febrilem cum rigore & calore inducens.

## CAPUT VII causas exponit remotiores, naturales.

REMOTÆ CAUSÆ NATURALES conformem corpori cacockiam induentes, principiaque chimica efferantes, sunt variae.

I. TEMPERAMENTUM totius corporis FRIGIDUM & siccum, in his enim melancholicus dominatur humor. μελαγχολικὸς ἐφῶν οὐ πληρεῖται καὶ τὸν κρέας, οὐ ξερότης τε καὶ ψύξις. Melancholici sunt, in quibus dominatur temperamentum frigidum & siccum. Ita Galenus 3. de loc. aff. cap. 5.

CALIDO & SICCO temperamento prædicti, non-nunquam huic febri obnoxii fiunt. Calor, si in sanguine resistentes partes invenerit, illas adurit, tenuiores, spirituosa natura proxima & multo sero dilutæ impunè abeunt. οἱ ιχνοὶ καὶ μελάντεροι, καὶ δασῖς, καὶ Φλέβας, εὐρεῖαις ἔχοντες, εὔρευθεὶς τὸν κρέας ἀνθεωποι, graciles, nigri, hirsuti, latas habentes venas, rubri eminenter, qui appellantur à Galeno 3. de loc. affectis cap. 6. dispositi sunt ad melancholiā & quartanam.

Εὔρευθεὶς, rubri alii calidi & humidi, & hi in quartanas non inclinant: alii calidi sicci, & hi superafflato sanguine inclinant.

ÆTAS quidem nulla his febribus est propria. Præ aliis tamen oportuna à quadragesimo ad senilem ætatem, autore Hippocrate 3. progn. 28, proclamatatur.

Rationem subjungit Galenus in commento, quod æstate calefacti humores & bullientes, gignant atrabiliarum humorum. Hanc autumnus frigidus excipiens non facilè patitur difflari, neque facile vacuari.

HÆRE-

295.

HÆREDITARIA. *Διαδέσθις* cum semine & sanguine materno, etiamsi diu in corpore latescat, tandem maturatam *κανονιζέται* fibulam laxare, viresque suas exserere solet.

## CAPUT VIII. Causæ remotiores non naturales & I. Aer.

**A**ER generat quartanas i. ratione temperiei, quâ calidus & frigidus, vel inæqualis. Nobilis matrona in quartanam incidit mense Augusto, cum tempus æstivum totum inæquale & eadem die modò calor, modò frigus apparuisse. Inæqualitas hæc naturæ infesta originem præbet quartanæ, *Διὰ τὸν Φλέγματόν*. Per τὸ Φλέγμα intelligi potest vel calefactio, vel pítuita sicca, crassa, torrida. 2. loci ratione. Aliis locis magis familiaris, autore Galeno 2. de crissibus cap. 4. 3. temporis ratione. Autumnus quartanarum ferax, τὸν δὲ Φθινοπώειον καὶ τὸν θερινὸν τὸ πολλά, καὶ πυρετὸν τετρατοῖς. 3. aph. 22. autumno æstivi multi morbi, & febres quartane. Est autem Autumnus præcipue ferax, si æstas calida, quæ humores adusserit, fuerit prægressa, ut docet Galenus in comment. & ardentiū febrium exemplo illustrat Philosophus sect. 1. probl. 19.

Autumnus autem quartanas excitat i. non solius temperamenti inæqualitate, quâ quodvis anni tempus, *autore Hippocrate* 3. aphor. 21. Φθινοπώειον τὰ νοσήματα autumnales morbos producere solet, (neque enim appellations temporum, *aut Galenus in comm.* sed temperationes causæ sunt morborum) dum inæqualitate caloris & frigoris eodem die excrementorum proventum non solùm auget, sed etiam frigiditate corpus constipat, & ἀδηλον *Διαπνοὴν* prohibet. Neque etiam Hippocrates h̄ic intelligit totum autumni tempus, quum principium ejus multum adhuc participet de benignitate æstatis, sed exitum autumni, senescentem nimirum & in finem vergentem.

B

ÆSTAS

*246.*  
ÆSTAS quoque, autore eodem scilicet. 3. aph. 21. hoc facit:  
τὸς δὲ θερμοῦ ἔνια τοῖς θυμάσιοι πυρετοὶ τεταρταῖαι, ἀσθετική  
ex iis & quartanae.

AER singulari quorundam cœlestium signorum, ut  
Huius influxu inquietatus hic confert. Hinc quartanas in-  
terdum populariter graffari Galenus 1. ad Glauconem cap. 6. &  
2. de cris. cap. 4. observavit.

Aer contagio & *μιδόσπαστη* infectus, nonnunquam epi-  
demicas quartanas producit, adeo ut vix illa domus, in qua  
non decumbat unus aut alter, reperiatur. Anno 1616. toti  
Germaniae quartanae erant Epidemias. Debebantur partim  
aeris constitutioni, partim contagio, quod seminaria in  
alia corpora transferebantur.

## CAPUT IX.

### Motus, quies, alimenta.

**M**OTUS ET QUIES, SOMNUS & VIGILIA,  
*Μῶν μέλειον μᾶλλον γνωμένα* huic febri etiam fores a-  
perire queunt.

ALIMENTORUM magna hic vis. Ut enim alimenta  
constituta sunt, ita & sanguinem, ejusque excrementa se ha-  
bere necessum est. *Ηακούσια, οὐδέποτε*, imprimis  
si calor debilis, plus relinquunt excrementi, quam illa,  
qua facilis sunt coctionis & boni succi.

CIBUS usitissimus est PANIS. FURFURA-  
CEUS & coquitur difficulter & coctus crassum parit san-  
guinem, canum potius, quam hominum cibus. Plus debi-  
to fermentatus amisit spiritus: parum & difficulter coqui-  
tur. NAUTICUS biscoctus, MUCIDUS adustum gi-  
gnunt sanguinem. PARS UNA præ aliâ plus potest.  
CRUSTA PANIS atram bilem gignere creditur. Ita  
*Salernitana schola:*

*Non comedas crustam, choloram quis gignit adustam.*

CARNES majorum animalium, præprimis senio  
consectorum, ut bubulinæ, vaccinæ, zvugnæ, cervinæ,  
suillæ & leporinæ, partim eo nomine, quod præter crassum  
succum,

247.

succum, multam aquositatem, quæ illum in lacteas venas  
vehit, habent, partim ob siccitatem & crassitatem partium.

LEPORUM defensionem suscipit *Quercetanus* die-  
tet, polybiſt. lib. 3. cap. 4. leporina, inquiens, laris boni nutri-  
menti, vividum & floridum faciei colorem communicat, fœ-  
minis præfertim pallorem in facie tollit, & nativum restitu-  
it colorem, optimi nutrimenti, & facilis coctionis, phle-  
gma absumit, & supervacaneam humiditatem è ventriculo de-  
turbat, eumque roborat. Indicavit idem etiam *Martialis* lib. 13.

Inter quadrupedes gloria prima lepus.

Galenus de alimentorum facultatibus lib. 3. tradit, sanguinem leporinum omnium suavissimum, magno semper ha-  
bitum fuisse in precio: carnem autem talem esse, qualis  
sanguis, ex quo tota constat.

Leporum causam agit *Henricus ab Heer* in *Spadacrene*  
cap. 13.

VOLATILIUM eſus, illorum nempe, quæ in aquis  
degunt & merguntur, ut anserum, anatum huc & nonnullis  
referuntur. Conſtringuntur enim pori horum animalium,  
ut excrementa crassa perspirare nequeant, aquæ vero par-  
tes calore in iis auctio, facilè exhalant. COLUMBÆ  
agrestes, volatu dûm se exercent continuo, carnes suas ex-  
ſiccant, crassisque humoribus concipiendis aptam reddunt.  
PARTES animalium terrestres, ut intestina & extremitates  
huc multum conferunt.

E PISCIBUS quartanæ geperandæ conferunt o-  
mnes illi, qui in eoenōſis palustribusque degunt locis,  
multum enim capiunt nutrimentum, idque excutere neque-  
unt, ut anguillæ imprimis.

Omnis hæ carnes eò magis noxiū exhibent alimen-  
tum, si vel fumo induratæ, vel sale conditæ fuerint. Ta-  
les sunt PER NÆ suilla, gratissimus inferiori Saxoniam ci-  
bus, & frequentissimus. Carnes bovinæ fumo induratæ  
& sale conditæ, ANSERES perfumati, ASELLUS ex-  
ſiccatus, HARRENGI veteres, diù in muriâ detenti: re-  
ceus conditus tamen minus est noxius.

*248.*  
FRUCTUS arborum immaturi , austeri , pyra , po-  
ma , castanea , juglandes , crassum sanguinem generant .

PLANTARUM fructus esculenti : melones , pepo-  
nes , oryza , fabæ , pîsa .

## CAPUT X.

### Condimenta ciborum .

Sunt ea imprimis saccharum , mel & acetum .

SPRIORA duo videntur noxâ carere & ad generatio-  
nem melancholia & quartanæ nullam habere propensionem .

Aceti usus judicio Hippocratis 3. de rat . viii . acut . t . 38 . me-  
lancholicis noxius . τὸ δὲ ὄξος τὸ μέλανα ζυμῶσται , καὶ με-  
τωκίσται , καὶ παλαπλασιώται . αἷνα χωρὸς γὰρ μελάνων ὄξος .  
Acetum nigra fermentat , attollit , & multiplicat : nempe nigra  
educit acetum . Videtur ergo nec quartanis convenire , sed  
ad earum generationem conferre , præcipue in MULIE-  
RIBUS . Γυναιξὶ δὲ τὸ θλίψιν πολεμιώτατον , η ἀνδρεῖστον ὄξος .  
ὑπερφλγής γάρ εἰσι . Ita idem t . seq . 39 . mulieribus longè magis ,  
quām viris adversatur acetum . Nam uterum dolore afficit .

ACETI familiarem usum quartanis generandis aptum  
Laur . Joubertus his attingit verbis : Haec tenus unam causam  
subticui , quæ primas utique in hoc negotio tenet . Ea est  
aceti acrioris immoderata ac adeò effrenis licentia , quâ  
nihil magis ad quartanæ generationem facere video . Cer-  
tè observatum habeo , multos , qui profuso aceti usa ob-  
lectantur , & ferè solo eodem gaudent , in hanc febrem ali-  
quando incidere . Sunt verò puellæ non paucæ , quibus ni-  
hil benè sapit , nisi acidum sit , nec solùm cucumeribus , ole-  
ribus , & altis cibariis aceto conditi solitis libentiùs  
viciant , sed & panem ipsum aceto macerant : quid?  
quod acetum aliæ bibant , atque avidissimè eo se  
exsaturent . Et hæ puellæ ferè omnes , fructuum præ-  
cocium , immaturorum acidorum , acerborum , & austero-  
rum cupidissimæ deprehenduntur , adeò ut ex præpostera  
gulositate eâ febrem quartanam facile postmodum incur-  
rant , nisi extremè bona , vel ferrea sit illa temperie . quæ  
qualitatibus aliis immutari abnuit .

MODUM

279.

MODUM, quo obstrunctiones quartanarias generat acetum, alii ita tradunt, quod orientur à funiculis illis nervis argenteo nitore micantibus, quos Job. Nardius Florentinus & Panorolus censuerunt esse vermiculos animatos.

¶ contra alii acetum ab hoc crimine liberant. Hoffmannus lib. 5. inst. cap. 48. in febribus intermittentibus prodesse acida, ait, quoniam refrigerant & deobstruunt. Acetum attenuantibus mistum vim eorum strenue auget, Acetum languidam exacuit venam acrimoniā: excitat tristes & otiosos spiritus; cerebri nubem potenter dividit. Et quidni? si ipsos scopulos durissimos Annibal divilerit.

Eleganter Plinius lib. 14. cap. 20. Aceti nequitā virtus inest magnos ad usus, sine quibus mitior vita duci non potest. Acetum enim astu laborantes refrigerat, vires roborat, putredinem tollit, pravos humores & fastidia discutit.

Julius Cæsar Scaliger in lib. 1. de plantis pag. 82. acidis patrocinatur. Acidum, verba ejus sunt, videtur contrarium esse corruptioni. Quamobrem magnoperè mirandum, quid in mentem venerit recentioribus, ut adducerentur febribus prohibere acida.

## CAPUT XI.

### Suppressio consuetæ evacuatio- nis & animi affectus.

PER HÆMORRHOIDAS consuetæ evacuationis SUPPRESSIO huc facit. Illæ ut sanant melancholicos morbos, autore Goo 6. aph. 11. ita si subsistant, accelerant.

PER UTERUM stata solita fieri evacuatio menstrua si cesset, tartarei humores coacervari queunt.

Virgo gigantæ, vigescimus quintum ætatis agens annum, vehementi quartanâ febri correpta fuit, quod nunquam menstruum passa fuerit fluxum, autore Schenckio lib. 6. obs. 41.

Simile exemplum habet Foresterus lib. 3. obs. 34. & 41.

250.

AFFCTUS animi potentes sunt causæ, ad quartanæ generationem plurimū facientes; mœror, timor improvisus, terror, studiorum meditationes continuatæ calidum nativum debilitant.

## CAPUT XII

### res præter naturam febrium generatrices agnoscit.

PRÆTERNATURALES causæ hic locum habent. Σπλιω  
μέγας à Galeno lib. 1. ad Glauconem cap. 5. etiam allegatur,  
& certè hoc viscus τὸ μοχθητὸν χῶρον humoris melancholici  
tonfrina habetur.

Mesenterium vitiosâ colluvie cum pāncreate scatens,  
melancholicam saburram parere etiam solet.

A VERMIBUS quartanam in puellā novenni annotavit  
Forestus l. 7. obs. de sympt. febri, quibus, aloe exhibitā, de-  
jectis, febris mox desierit.

Ex earum cohorte prodeunt FEBRES; hæ enim debili-  
tatis visceribus & humiditate à calore absuntā, terrestre i-  
tate prævalente, fores aperiunt melancholiz. Αἰσθῆσι πυε-  
τοὶ, inordinatae denominantur à Galeno 1. ad Glauconem.

TERTIANÆ & ARDENTES hic memorari me-  
rentur, à quibus λεπτὸς ἵχωρ σίων, tenuis ichor sanguini-  
us absuntur, & qui remanet παχύς δινος τευχὶ τραχλήσ, το-  
crassus feci vini similis levi superassaltione putrem dipositio-  
nem recipit, autore Galeno 6. de locis affectis cap. 2.

Notanter Galenus 1. ad Glauconem cap. 5. Quartana raro απ'  
ἀρχής incipit, sed ut plurimum τοῖς καμουλένοις; πλάνης  
πηγὴ πλανήταις πληγίνεται πυετεῖς, errabundas diellas sequitur.

Didicit hanc prædictionem ab Hippocrate 3. progn. t. 27.  
cùm docet: τὸν πυετὸν συνεχέσαι εἰς δὲ πτυχτῶν πατασίσ-  
θαι, ἐν Αἰσθῆτῃ τῷ καὶ παταλαμβάνῃ πεπλανηθόν τεφ-  
πον, καὶ τῶν ποιέων τῷ Φθινοπώρῳ προσπελάσῃ: continu-  
am febrim in quartanam discessuram, quoties intermitat, vel  
erratico modo acceleret, & ita agendo autumno propinquet.

CAPUT

20a.

## CAPUT XIII

### differentias colligit.

I. GENERIS seu formæ ratione, intemperies febrilis quartanaria alia est mitis, alia intensa. Alia diurna est, quæ de die invadit, alia nocturna.

II. SUBJECTI ratione, & pro foci varietate, alia simplex est, alia composita. SIMPLEX est, quæ statim intervalla strictè observat, & de quarto in quartum inclusivè movetur, habetque duos intermissionis dies. COMPOSITA est, quæ intermedios quoque dies occupat, estque vel duplex, vel triplex. DUPLEX dicitur, quæ unum habet diem duosque sequentes affligit. TRIPLEX est, quæ singulis diebus exasperatur.

Alia constitui potest HEPATICA, quæ in hepate, alia spleneterica, alia stomachica, quatenus in liene, vel ventriculo sedem habet suam & formitem.

CAUSÆ respectu, alia primigenia est, alia succedanea. Sequitur hæc morbos alios, ut cum tertiana mutatur in quartanam.

III. Avicennâ autore, alia sanguinea. ex sanguinis, alia pituitosa, ex pituitæ, alia biliosa, ex bilis, alia ex melancholi humoris adiustione genita.

## CAPUT XIV

signa *λαγωτικὰ*, præsentiam quartanæ generis ratione detegentia, ab essentialiter inhærente calore desumpta proponit.

D Esumuntur ea I. GENERIS ratione. ESSENTIALITER inhætens signum quartanæ est CALOR febrilis, consideratus ratione qualitatis, motus & durationis.

QUALI-

*τό διον ζεον ταῦ τεταῖων πυρεῖων οὐκ αἱ Δέξιαι εἰς τεταῖοις, scribit Galenus i. de arte curativa ad Glauconem capite 6. Tertianarum calorem & ardorem & tanquam fervorem in quartanariis haudquaquam reperies.*

Succeditur paulatim, neque adurens est, sed submissus, nam efficiens materia frigida est, calorem & ardorem magnum non concipiens.

In augmento & statu acris fit & mordax, devictâ paucitatem humoris frigiditate & crastitie.

*Οἱ μὲν τεταῖοι, inquit Galenus i. ad Glauconem cap. 5. εἰς τὴν πεύστην καταβολῆν πολλάκις μετὰ σφοδεῖν τὸν ρίγον υπῆρχαν. Τεταρταῖοι δέ τοι ὄδαμψι καὶ σφοδεῖν εἰγγειάς αρχάμψουν, οἷλλοι εἰς τὸ χρέον τὸ μέγεθος αὐτῶν περισσήνεσθαι. Tertiana quidem in primâ invasione à rigore vehementi incipiunt. Quartanam vero non videmus cum vehementi rigore incipere; Sed temporis progressu rigori vehementiam accedere.*

Ad circulationem impeditam commodius rigoris ratio reducitur. Sanguine calido subtracto, externæ partes frigent, imò ad tactum planè apparent frigidæ. Musculofæ partes sentientes alterationem hanc, se contrahunt per fibras, inde concussio illa, quæ horror dicitur. Et videatur, Avenzoar scribit theisir lib. 3. tract. 2. quod grando super ægrum cedat undique.

Horror hic maximè elucescit in spinâ dorsi, hæcque quasi aquâ frigidâ videtur perfundi. Majorem enim eam partem percurrunt vasa.

MOTUS CALORIS ratione, CIRCUITUS QUARTANARIUS infallibile hujus febris indicium est. DISSENTIT Christopherus à Vega, ignaviam mentis ostendere, scribens, illum, qui accessionum repetentias expectare voluerit, indicium enim, quod inde sumitur, esse invalidum. Aliquæ enim febres sunt ab alio humore, à melancholiâ diverso, quæ CRASSITUDINIS & PAUCITATIS humoris causâ, repetere per quartum diem sunt visæ. Simili ratione quartanæ circuitus non semper

253.

per quatriduanos habent, sed interdum etiam tertianos  
Hoffmannus lib. 3. insit. cap. 13. circuitum quarto die hunc,  
nonnunquam mutari docet, & illustrat exemplo Saxonici  
Secretarii, à Simonio in *synopsi febrium memorati*, in quo  
quartana latebat sub typo tertianæ. In tertianâ nostrâ e-  
pidemiâ, addit: sæpiculè vidi typos in declinatione quar-  
tanos.

Testatur Bartholinus *bifor. anat. cent. 3. bif. 55. quartam*, ubi desitura est, varios typos adsumere.

Sed raro hæc cum contingant, quartanarius hic cir-  
cuitus, ceu signum certæ, non est explodendus.

DURATIONIS caloris, seu temporis, quo æ-  
grum paroxysmus tenet, ratione, signum etiam emergit  
quartanæ inter ea numerandum quæ probatæ habentur fidei.

Eius terminatio longius protrahitur, ad 20, non-  
nunquam etiam ad 24. horas.

## CAPUT XV.

### Causæ prægressæ indices quartanæ.

Ex numero signotum speciei morbi has licet exterminare  
nonnulli satagant, nulla tamen gravis subesse videtur  
causa, quæ urgeat. Causæ si præcesserint melancholiæ gene-  
rantes, præsumtio est, esse quartanam. Has causas recenset  
Galenus loco citato cap. 6. Φύσιν νόσου ποπεῖα τὸν νοσθντος, præ-  
cipit, μελαγχολικότερα, καὶ τὸν καιρέγν τε ἔθους εἰ Φθινόπω-  
ρον ἢ παρθενικότερον εἰ αὐτομαλο, an agrotantis natura  
ad melancholiæ inclinet, an tempus anni sit autumnus, pre-  
sensque aëris constitutio inæqualis.

Familiaritas viciūs, ex quo melancholia generari  
potuit, si prægressa, quartanam, si fabris adsit, esse, augu-  
rari licet.

VITA prægressa sollicitudinibus dedita & sedenta-  
ria si sit, cumulat hæc succos frigidos & siccios ex quorum pu-  
tredine, quartana est.

C

CA-

254

## CAPUT XVI.

### Signa quartanæ postessentialia symptomata & i. actiones læsæ.

**T**ὰ ἐξ ἀνάγνης ἐπόμενα ex necessitate consequentia febrim etiam hanc detegunt, &

**I. ACTIONES LÆSÆ VITALES.** Ινανῶς  
ἀρρεῖς καὶ θεραπεῖς αὐτῶν οἱ σΦυγμοὶ γίνονται, καὶ τὸν δέχεται  
τὸν παρεξευτρῶν, ἥντα εἰχούσιν ἐπὶ οἱ νοσθύτες καὶ δὲ τὰς  
διημάς, οὐδὲ ἀνέκανον μέρων ἐπὶ ταχεῖς μέρες ἀνάγνης πυνθάνεται.  
Verba sunt Galeni i. de curandi febres ratione ad Glauc. cap. 5.  
Satis rari & tardi ipsorum pulsus circa initia accessionum cum  
adhuc rigent: circa vigorem celeres sunt & crebri. Servatur ta-  
men semper & tunc nativa eorum tarditas ac raritas &c.

Est autem pulsus tardus & rarus, ob minorem caloris  
eventilandi, fuliginesque expellendi necessitatem.

**PULSUS** testimonium magnificat Galenus, adeò ut  
**2. de crisibus. cap. 4.** glorietur, se ex hoc solo febrem immi-  
nentem, non aliam, quam quartanam fore prædixerit. Cam-  
pegius lib. 1. his. 7. negat fieri id potuisse, addens illum quā-  
dam jactabundè proferre de se, quæ eruditorum aures, nec  
ferre possint nec debeant.

**ANIMALES** actiones læsæ itidem significant.  
σὺν ἀνωμαλίᾳ καὶ δυογεστιा, cum molesta totius corporis  
inæqualitate, & difflicientiâ invadit. Junctum habet καὶ πόνον  
αὐτοματον, spontaneam laßitudinem. Sequitur χάσμα καὶ αλύ-  
πη oscitatio & pandiculatio à melancholicorum vaporum ap-  
pulso. **OSCITATIO FREQUENS** oritur, cum musculi  
masticationi dicati & inferiore maxillam moventes ha-  
litu vaporoso repleti sunt. Hi motu illo discutiuntur.  
**PANDICULATIO** oritur, cum vapores halitiosi in  
musculorum spatiis colliguntur, quos ut natura discutiat,  
musculos constringit, quod vapores & halitus illi discuti-  
antur

*255.*  
antur. Excipit hæc omnia οἰον εἴγθος, ἥ φέρειν, τείχυζες  
rigor, horror, frigus. RIGOR initio est parvus, & vel ejus  
loco levis refrigeratio, & horror cum dolore οστοκόπω οστα  
frangente, raro vel nunquam magnus.

NATURALES actiones læsæ etiam quartanam  
indican. In PRINCIPIO nonnunquam urget fames  
diffusa circà os ventriculi humore melancholico frigido &  
acido, in AUGMENTO, cum calor diffunditur, adver-  
titur inappetentia. Ανορεξία hæc magna nonnunquam est.  
Απονεομένως ἔχουσιν οἱ πεπερταῖοι τερπεστεροὶ τοῦ Φορέως πᾶ-  
σαι, sine iudicio, nulla ratione adhibitâ, quartanarii ad oblata se  
gerunt, & tamen succus melancholicus ὄρεξιν excitare dicitur.

## CAPUT XVII.

### Excretorum & retentorum ut & qualitatum mutatarum sympto- mata quartanam notant.

**E**XCRETA τῶν παρεγντος πυρετού πελεγάσιον γνωσίσα-  
*ta* presentis febris quartanae indicia sunt evidenter.

URINÆ colores variari obseruaverunt veteres. Ali-  
quando est alba, & subtilis, ad viriditatem declinans: ali-  
quando nigra & grossa, ad rubedinem vergens. In PRIN-  
CIPIO aquosæ, crudæ, ob materia multitudinem, & perti-  
naciam cruditatemque: PROCEDENTE morbo fiunt  
coloratores & crassiores, dominatu naturæ coquentis &  
separantis auctio.

SUDORES in particularium paroxysmorum  
declinatione tam copiosi sunt, ut tales ac tanti in aliis nun-  
quam adpareant, à calore enim plurima colliquantur, τῶν  
ἐν φλεψὶ μόνον χυμῶν συντίξει δὲ οὐ χαλεπή καὶ ἀνεκαρδία  
δυνάμεως humorum in venis solūm colliquatione tamen miti,  
εὶς minimè mali moris.

VOMITUM, χολῆς δὲ ξαίθης ἔμετον ἐν τούτοις μηδέ-  
ποτε τερπεστερον bilis vomitum non expectandum, ut in tertianis  
esse subjungit.

*56.*  
SALIVATIO πυαλισμός frequens etiam quartanam notat. Ichores melancholico succo inhærentes resolvuntur, & per lymphatica vasa ad glandulas maxillares derivantur.

MUTATAS QUALITATES si consideremus in πταισίοις, & ad hoc malum proclivibus, color faciei ad plumbeum & lividum inclinat.

## CAPUT XVIII.

### subiecti & causarum indicia.

SUBIECTI seu febrilis foci signa etiam perpendenda. LIENIS affecti indicium censetur color corporis plumbus, deficit enim in separatione succi feculenti. Pedem sinistrum quartanarius persentiebat perpetuò calidum, Lien quid habet ναζάρπονον. JECUR si patiatur, color albican-tior, urinæ rubræ, respiratio difficilior, facies interdum rubet. Epar habet quid ανάρπονον.

CAUSARUM signa ex suis fontibus faciliter operā depromi possunt.

## CAPUT XIX.

### Prædictio salutis & mortis, i. generis ratione.

DIVINO SENE 1. epid. scđt. 3. t. 4. autore, ἀσθαλέσιτος δὲ πάντων καὶ ρήτορὶ μακεδόνας ὁ τελετῶν, securissima omnium & facilima, ac longissima quartana.

SECURISSIMAM esse confirmavit i. de morbis scđt. 2. t. 12, dum eandem retulit inter morbos non lethales. Noli metuere quartanam, dicebat ille, quia non facit sonare campanam, non fa suonar campana. Nullus hic auditur feralis clangor.

SECURA est i. RATIONE SUI, dum ex suâ naturâ minus insidiatur vita, quia humor crassus ac latus magnum calorem & febrim non producit, adeoque nec vehementes motus & alterationes in nostro efficit corpore.

Præterea,

257.

Præterea , naturæ tempus se recolligendi & reficiendi post paroxysmum conceditur , duorum scilicet dierum spaciū , quo in perfectâ ἀπνεξίᾳ & completem Αἰσθέμα dominium tenet. Inde Phavorinus , autore Gellio lib. 17. cap. 12. fortunatorem vocat hanc biduo medio intervallatam febrim , in quā μία μητρά , δύο μητέρες . Duo quietis dies blanda : matris comparantur , paroxysmi dies injustæ novercæ . Materna quædam benignitas , & intercurrentes in duplo blanditiae propter binos intermissionis dies , solatum præbent unius novercalis incommodis.

Secura etiam & salutaris ratione sui vocatur , quod eundem hominem bis quartanā non laborare , nec unquam laborasse , neque laboraturum , si semel evaserit , autor sit

Aëtius.

Sed magis ex opinione vulgi , quam rei veritate. Reclamat experientia non solum Schenckii lib. 6. observ. 26. sed & Magnifici Dni. Præsidis , fulgentissimi medicorum sideris , Patroni ac Præceptoris nostri aternū jugiter collendi , quā ordine & methodo cognoscendi & curandi febres eundem hominem ter quartanā laborasse , compertum habet.

Reclamat etiam ratio. Crassiores sanguinis partes generari possunt: accendi quoque potest , qui illas adurit , calor.

Laurentius Joubertus concedit de exquisitâ , illam ita esse comparatam , rationemque subjungit hanc: quod tempore febris immutetur temperamentum , quod melancholiā producit. Dum nihil relinquitur putridi in paroxysmis , sed propter diurnitatem tota materia consumitur , fit , ut difficillimè tanta ejus copia amplius cumuletur , quæ possit sufficere ad novam febrim inducendam. Dein , quia humor est paucissimus in corpore , facilius natura eum debellare potest , & cum naturæ adversus , summo perè cavet , ne iterum congregetur. Demum , longo febris hujus tædio , cautiores in vicu fiunt ægri & prudentiores , adsuefacti abstinere ab illis , quæ novam quartanam generare possent.

258.

MORBORUM ALIORUM, à quibus liberat,  
ratione, etiam secura est quartana. Si in eos incidat, ab  
iis liberat, si antecedat, præservat.

Hujus sententiae autor *Cous b. epid. scit. b. t. 9. Foes. ὁ τετρα-*  
*ταιον νοσημάτων μεγάλων ἀλλών ρύεται. ἐν δ' αλίσκωνται*  
*τέσσερις, ἑπτήνεται δὲ παρεῖται, πάνονται. Qui quartanā la-*  
*borant, magno quodam morbo non corripiuntur. Quod si autem*  
*corripiuntur, quartanā succedente liberantur.*

Quod hic in genere, de omnibus morbis magnis, id  
in specie de spasmo s. aphorism. 70. pronunciat: οἱ δύο τε-  
τεταίων ἀλισκόμενοι ὑπὸ ταῖς σου ὃν πάντην αλίσκονται, ἐν ἡδ-  
λισκονται τέσσερις, εἰς ἐπιγένηται πεταῖται, πάνονται.  
Qui quartanā corripiuntur, non admodum convulsionibus ten-  
tantur: si verò prius fuerint tentati, superveniente quartanā li-  
berantur.

Galenus in comm. sermonem esse ait non de eâ, que oritur  
ab inanitione, que omnium periculosisima, sed de epilepticâ, que  
oritur à repletione. Quibus liberandis cum duplex ratio sit  
comparata, ἐνεργειας καὶ πέψις, excretio & coctio, utramque  
habet quartana: EXCRETIONEM quidem vi rigoris,  
que concusio crassum humorem potest excernere: CO-  
CTIONEM verò caloris rigorem excipientis ratione.

COCTIO fieri censenda, cum calor febrilis incidit,  
attenuat, discutit crassam & flatulentam materiam, à quâ  
convulsio habet ortum.

EXCRETIO fieri potest per vomitum, per quem  
plurimi crudi humores in ventriculo harentes rejiciuntur:  
fieri etiam potest per alvum, per quam itidem, ex intesti-  
nis magna peccantis materia portio deponitur, atque ita  
corpus ab illis liberatur.

Et hoc modo, quartana, si vocem bonum, quod mi-  
nus malum est, bona & salutaris appellari potest.

## CAPUT XX.

subjecti & catifarum ratione præ-  
dictio salutis & mortis.

S U B J E-

259.  
SUBJECT I ratione periculum variat. Viscera principalia si laborent, gravius periculum.

C A U S Æ ratione etiam periculum variat. Omnis ætas quartanæ subjicitur, non tamen omni ætati æquè est perniciosa.

I N S E N I B U S, ut nulla febris periculo' vacat, quod eorum naturæ dissimilis sit, argumento aphorismi 34. lib. 2. sic vel maximè quartanæ funestæ existunt, & ut alias Ἐργίνα νοσήματα, autore Hippocrate 2. apb. 39. Επολλὰ ἀποδινόντι ut plurimum commoriuntur, ita & hæc inexpugnabilis ad Libilitam lento dedit gradu.

Calore & expultrice ad pertinaciam humoris melancholici superandam infirmiori prædicti sunt senes. Adeò etiam, ut, notanter Savanorola canonum de febribus cap. 15. rubr. 7. aliquando in iis quidem signa digestionis bona adparere & febris declinare videatur, & tamen moriantur præter spem.

Non tamen omnino desperata cum senibus res est. Galenus lib. de præcognitione ad Posthumum. Smetius in miscellan. Foreſt. lib. 3. obf. 38, senum à quartanâ curatorum exempla habent.

Rationem suppeditat Wierus in observationibus de quartanâ, dum refert: se quandoque vidisse juvenes, cum quartanâ mortuos, senes verò liberatos: quod hi licet proventiores nullam ex ætate fenserint virium dejectionem: illi verò licet juvenes calore ad copiofæ materiæ coctionem fuerint destituti necessario. Unde ætates non semper annorum numero, sed & interdum temperamento veniunt definienda.

Aliis ætatis non æquè perniciosa est. Consistentis ætatis ægri nunc facilius, nunc tardius ab eâ liberantur. Infantes citius ab eâ liberantur, calidum enim innatum fortius in illis est, morbosque facilius superat. Quæ quartana hos invadit sanis visceribus & integris viribus pollentes, secura est.

S E X U S V I R I L I S minus periculi à quartanâ expectat, quam sequior ille & delicatior.

P R I M I

260.

PRIMIGÉNIA periculi expers. SUCCEDEA-  
NEA & graviorum morborum coniectaria, vel febrium  
erraticarum, aut inveteratarum obstructionum, lienemque  
durum coniunctum habet.

## CAPUT XXI.

### Longitudinis prædictio.

DUPLX ea statui potest: generalis & specialis. IN  
I. GENERE Hippocrates lib. de naturâ hominis circa  
finem, χερνιώτερι, scribit, τὸν τετταῖον οἱ πεπεράσαιοι, οὐό-  
σω ἔλαττόνη μέρος μετέχουσι χολῆς, τῆς τέλης θερμασίην παρεχό-  
σης, πῶντα Διαψύχεθαι τὸ σῶμα πλείον μετέχουσι. οὐός γδ  
δὲ αὐτοῖσιν, διπλού μελάνης χολῆς τὸ περιμασδόν. τόυτο καὶ δυσο-  
πίλλακτον. μέλαινα γδὲ χολὴ ἐν τῷ σώματι ἐνεδυτῶν χυμῶν  
γλιχεῖται, καὶ ταῦς ἐδερις χερνιώτατας πεπόιηται. Longiores  
quartane sunt tertianis, quanto minus bilis calorem exhibentis,  
habent, tūm quia in his corpus liberalius refrigeratur, iisque ab  
atrá bile hic cumulus accedit, ut non nisi egrè depelli possint. A-  
tra bilis enim eorum omnium, quæ in corpore insunt, cum glutini-  
noſiſſima sit, diuturnas facit stationes.

Alexander etiam Aphrodisius in quaſi naturali. iſtud atre-  
bilis ficitati attribuit. Τὸ δὲ ἔνεγνη δυσοπλόιωται καὶ δυσμετέληται  
ſiccum difficulter alterabile & mutabile.

Οἱ τετταῖοι, scribit Galenus i. de arte curandi ad Glau-  
con. cap. 8. πάντων μανεράται, quartana omnium longissima.  
Eam ἀγροτι facilē tolerant, medici ſe difficulter fa-  
nent. Humor enim ejus genitor viscosus, concoctu diffici-  
lis & ad excretionem ineptissimus est.

In quādam amoenā domo depicte erant omnis gene-  
ris febres. quæ ſingulæ corām adſtante medico genua fle-  
ſebant. Sola quartana posticas partes obvertebat, & ſe  
medicorum confilia & auxilia ἀγρο communicanda flocci-  
pendere p̄r se ferebat.

Non ſolum annum ſpacium adſequitur, ſed etiam  
ſuperat. Avicenna XX. annis: Ferdinandus Mena meth. curan-  
di febres ſeptennio: Forestus novennio: Jacobus de Partibus in  
fen.

262.

fen. 1. lib. 3. tr. 5. cap. 7. Massarias lib. 5. cap. 12. viginti duobus; &  
Wierus obseru. de quartanâ triginta duobus annis eâ conti-  
nuò afflictos tradunt.

Inde non ignotum diverbium: *Hydrops*, *quartana*, me-  
diorum *scandala plana*.

VARIAT tamen longitudo hæc i. temporis anni ra-  
tione. οἱ θεραποὶ τεταρταιοὶ, inquit Hippocrates 2. aph. 25. τὰ πολ-  
λὰ γίνονται βελάχθες. οἱ δὲ Φθινοπωμοὶ μακροί, καὶ μάλιστα  
οἱ ωρές τὸν χειμώνα συνάπτονται. Aestivæ quartanæ plerumque  
breves: autunnales longæ, & inter eas maximè, qua ad hyemem  
pertinent.

Extra consistentem etatem & autumnum quæ oriuntur,  
breves. ὄνόσαι δ' ἀv, inquit Hippocrates, libro de naturâ homi-  
nis circa finem, αἱ ἀλλῶν ἔξω τῆς ὥρης Φθινοπωμοῦ, ταῦτα τε-  
ταρταιοὺς εὐχεῖν εἰδέναι, μὴ χεύνον ἐσόμφρον τὸν πυρετὸν, λῳ  
μη ἀλλού κανεγενταὶ οὐ αὐθεωποὶ. Si qui verò extra hoc anni  
tempus & eam etatem quartanā correpti fuerint, pro comperto  
habeas, hanc febrem, nisi quid aliud hominem male habeat, mi-  
nimè fore diurnam. 2. loci affecti ratione. Quartana, inquit  
Hollerius à liene longior, quam quæ ab epate. 3. diata ratione.  
Ab eâ male administrata quæ fit, brevissima est. Talem  
sex elapsis paroxysmis curavit Platerus perfectè. 4. imbecil-  
litatis singularis ratione quibusdam naturis ita infixa est hæc  
pestis, ut quasi nativa & firmis nixa radicibus domestica  
facta sit. Si medicamentis tentes, magis affligit, & gravis-  
simis symptomatibus excitatis ab incepto deterret.

IN SPECIE notabilis est prædictio Hippocratica 6.  
epid. 57. 6. 136. 8. ωρέων εὐαντοῦ τεταρταιοῦ. Vox ωρέων, ut habet  
Martianus in comm. varias habet significationes. I. notat ante,  
vel non ultra, quasi dicat: *Quartana ante annum non*  
*definit*, ut vertit Fösius: vel quartana ultra annum non ex-  
tenditur. Utrinsque sententiæ falsitas experimento evinci-  
tur. Ut plurimæ quartanæ ante annum terminantur, ita  
multæ annum transgreduntur. Conjugenda itaque cen-  
set, ut veritas sententiæ minus periclitetur, præcedentia:

D

post

262.  
post defluvium capillorum quartana ante annum terminatur.

II. Vox ægrotum etiam de primo anno ætatis explicari potest: ita ut sensus sit: quartanam infantes ante annum non invadere. Et sic probabilis est sententia, caliditas enim & humiditas illius ætatis atræ bili injicit frenum.

TEMPUS PARTICULAR E solutionis VER-  
N U M. Inveteratae quartanæ, verba sunt Celsi lib. 3. cap. 16.  
rarò, nisi vere, solvuntur & frequenter. Si autumno &  
hyeme in curatione & diætâ nullus error committatur, an-  
te finem Maji terminantur.

Primus terminus est proximum solstitium, vel æquino-  
cium, quarti mensis initium, quo si non solvatur, exten-  
ditur ad alterum sive septimum mensem.

## CAPUT XXII. Modi eventus prognostis.

A D S A L U T E M terminatur quartana crisi & coctione.  
ACRISIS perfecta ut plurimum in calidis solùm oc-  
currit febribus, in quartanâ tamen nonnunquam locum ha-  
bere dicitur à nonnullis, dum SOLVITUR PER HÆ-  
MORRHAGIAM NARIUM, quâ alias crebrò quar-  
tanarii ob serosum sanguinem adfliguntur.

Dubitandi ansam præbet locus Hippocratis 2. epid. scđt.  
3. dum scribit. οἱ τετραῦοι αἷμορραχίαι δύσησι. San-  
guinis fluxiones quartâ die contingentes difficulter judicant. iis-  
dem verbis hæc sententia repetitur 6. epid. scđt. 2. textu 12.

Auget dubitandi ansam libri 7. aphorismus 87. inter  
spurios relatus: ὄνοσισιν εἰ τοῖς πρεστοῖς τετραλογίαις εὑρεῖται  
αἷμα ἐν τῷ πίνακι ψυχῆς, πονηρόν. Quibus febribus quartanis  
sanguis ex naribus fluit, malum.

Primus quidem aphorismus huc impertinenter addu-  
citur, loquitur enim de tempore, quo in ardentibus febri-  
bus, quarto nimirum die incongruè sanguis è naribus  
stillare solet, non autem de quartanâ.

Alter autem locus quartanam tangit, inque eā sanguini-

nis

263.

nis fluxum ē naribus MALUM pronunciat, respiciens  
tūm ad θεργητῶν, tūm ad θεραπειῶν.

Malam confirmat Foësius in com. Felix Castellus lib. de fe-  
ribus, omnium medicorum testimoniō advocatō, malum  
symptoma in quartanā hæmorrhagiam vocat, præfertque  
hæmorrhoidas.

Nonnulli distinguunt. Primigeniis noxiā, febris ter-  
tianæ conseñtariz salutiferam enunciant.

Sed nullo modo salutaris censeri potest.

Cur verò improbat in placidissimā quartanā, quæ  
vel acutissimarum febrium domare solet ferociam? cur non  
prodest in diuturnis, quæ acutis auxiliatur?

R. Non omnia omnibus conveniunt. Exstinguit arden-  
tem larga frigidæ potio, synochum jugulat liberalis san-  
guinis missio, nemo tamen hæc admittit in quartanā. Ma-  
lè ergo ab acutis infertur ad chronicam. Sanguis cum  
fluit ē naribus, non educitur humor peccans. ἡ πενεαγχέιη, ἡ ν  
μῆδην δὲ γίνεθαι, γίγνησαι μήσουμ Φέρεψινδος Σφόρεως Φέρευον,  
vasorum inanitio, si non fiat qualis fieri debet, non confert, neque  
tolerant. Ita Hippocrates 1. aphor. 2. Hinc illa δυσφορία, exulante  
puriore sanguine, superstite feculento, qui quartanarum  
fomes est, & sedes. Hinc Galenus 1. ad Glauconem, sta-  
tim occludere jubet foramen venæ apertæ, si pro atro san-  
guine floridus effluxisset. Hic enim lascivientium humo-  
rum frenum.

HÆMORRHOIDUM, quæ aliàs, autore Hippocra-  
te 6. aphor. 11. & 21. τὰς μελαγχολικοὺς levant, fluxu sæpè quar-  
tana salutariter terminatur.

URINÆ crassiæ nonnunquam eandem solvunt & nigræ.

### CAPUT XXIII.

## Terminatio per mutationem in alium morbum.

MUTATIONE IN ALIUM MORBUM nonnunquam  
terminatur salutariter, per μετάπτωσιν & quidem eam  
D 2 illius

264.

illius speciem, quæ *Algodoxia* dicitur. Desisse compertum est quartanam, facto impetu in universum corpus, & tumore, qui erat ad lienem, evanescente.

Οἱ θεραπεῖαι ἡ τοῦ Ατληνοῦ, ὑπὸ τετραγένειον αἰλιούμενοι τοῦ Φώδης ιδεύσθη, autore Hippocrate q. epidem. i. 9. Foes. Famulus Attici correptus quartanā, permanit stupidus. Translatā in caput, vel totum corpus materiā, febre quiescente factus est comatosus.

Visus quartanarius, cui in decursu febris ulcuscula toto corpore apparuere maligna. Consilio quorundam frictiones ex hydrargyro usurpantur. Sanantur ulcerā, imo & febris ipsa quartana. Autor hujus relationis est Ballonius epid. & ephem. lib. i. p. 158.

Alii, πανομιδόου τε πυρετού, emanente paroxysmo totum corpus laetitudine οὐσοντω laborabat, factā *Algodoxia* translatione reliquarum in totum corpus.

COCTIONE terminatur interdum quartana, sensim absumpta materiā & decrescentibus paroxysmis. Cocta materia iterum sensim per vomitum expellitur, vel per abscessum ab internis ad externa eliminatur, sicque natura subleyatur.

A D M O R T E M tendit exhausto calore nativo, permutatione in aliud morbum.

Οἱ χαρακτήρει, verba sunt Hippocratis cois prae not. τεταρταῖοι πυρετοὶ θμεινέως μεταστρατεῖς τοῖς δέξιας νόσοις. Hiberna febres quartane, nonnunquam in acutas transeunt. Si non lethalis, saltim periculosisimus est affectus. Mutatur intermittens in continuam, quod foras movetur, vertitur intro. Morbus πάσος, περιβολεῖ, εὐφωνεῖται, facilimus, mitissimus, tutissimus, in difficillimum, maleficentissimum, periculosissimum, cuius singula symptomata sunt totidem morbi.

Ex quartanis simplicibus duplices vel triplices factæ periculose.

Refert Crato in epistolis Scholzii consl. 257. vix unquam discedere, quin aliquas relinquat corpori molestias, præcipue autem pertinet cenda est quartanariis, hypochondriaca

265.

ca & hydrops, nempe si generata à calore colliquamenta, obstantibus obstructionibus non eant, quod natura solet deponere, necessariò sunt ἔξαρθριοι υδρεγώδεις καταστήσεις, subitanea aquæ hydropice constitutiones.

Scirrus lienis interdum succedit divitias & desperata restitutio-

Corpora exsucca senum hæc à tæbe marcescunt.

Quartana neminem jugulat, sed si ex eâ facta quotidiana est; inquit Celsus. lib. 3. cap. 16. in malis æger est. Hoc tamen nisi culpâ vel ægri, vel curantis sit, non unquam fit.

## C A P U T   XXIV

### curationem delineat secundùm methodum medendi.

Incurabilis quamvis hæc vel illa videatur quartana, non tamen deserendus æger. Non est relinquenda sola desperatio pro omni solatio, sed curatio semper tentanda & accuratè.

Helmontius quidem de febris cap. 6. existimat quartanam à dogmaticis neque rectè cognosci, neque rectè curari, neque materiâ & efficiente neque etiam curatione à febris cognatis differre, utpote quæ nullam humorum differentiam admittat, attamen sciendum, quod multum à curatione reliquarum febrium differat.

D U P L E X est: ordinaria, & extraordinaria. O R D I N A R I A nititur Methodo curativa seu indicationibus & præsidiorum materiis.

I N D I C A T I O C U R A T O R I A morbum concernit ipsum, nempe FEBRIM, intemperiem calidam & siccam: hicque indicat F R I G I D A & H U M I D A, adeò ut ad refrigerandum, humectandumque omne medici consilium sit, ceu ad finem dirigendum, præcipiente Galeno 9. methodi medendi cap. 14.

P R A E S E R V A T O R I A, causam, ipsum nimirum melancholicum humorem frigidum & siccum respicit, & sic indicatur calefaciendum & humectandum.

Trallianus lib. 12. cap. 8. ἐν τεταρταιώ πυρετῷ ὑπὸ τῷ μελαγχολικῷ χυμῷ γιγνομένῳ τὰς θεραπίαν νονταὶ ηγέραινοντα  
ώφελεν scribit, ἐν δὲ λόγῳ ἐξ ὑπερηφάνεως ex superaffatione τὰς  
ὑγείαν νονταὶ φύχοντα prodeesse & indicari scribit. Mirarique  
σαρπιοῦ se, subiungit, πῶς ὁ θειότελες γάλανος ὅπι πάντων ἡν  
ἄλλων διαβρῶν, ὅπι πάχον Φαίνεται εἰ μὴ τοὺς θεραπίαν αὐ-  
τῆς ηγέραινεν δυναμένων. quomodo dicitur Galenus super omnes,  
non alium quendam viatum, quam qui calefacere ipsis & siccare  
possit, præcipere videatur. Imò exhibeat ipsis antidotum dia-  
trion pipereon, diaspolites, theriacam, & in cibo falsa-  
mentum & piper. Hoc autem potissimum quotidie bibe-  
re jussit. Imò quod majus est, καθόλας φέδονται τῷ φυγέλ-  
λῃ τὸν φυχόντων ηγεμόντων, οὐχὶ τὸ φυχέν Φύσιν εἴναι  
ποιεῖται τὸ πάθος χυμού, in universum præcipit abstinere iis,  
quaes refrigerant & humectant, eò quod humor morbum efficiens  
frigidus existat.

Ipse autem existimat, etiam si humor melancholicus  
calefacentia desideret, non tamen necessariò etiam τὸν  
ἔγερμανόντων χρεῖονται. sed cum frigidus & siccus sit, τὸν θερ-  
μανόντων δεινότερους ηγεμόντων, potius calefacentibus  
& humectantibus indigere. Nam calefacentia exsiccantiaque  
γεωδετέρους χυμοὺς πολλῷ τὸ περὶ παχυτείρους ἔργα διζονται  
ἔξικαδένται καὶ αναλίσκονται τὸ ἐπὶ ἀντοῖς θύραιν, οἷς Διοί τὸ  
βραδύνειν τὸν Φύσιν συπέπλειν τὰ τείχη. ἐμάθομεν γὰρ, ὅτε  
θερμῷ καὶ ιγέῳ καὶ αἵ πεψεις, καὶ πᾶσαι ζωογονία γίγνεται,  
terrestriores reddunt humores, qui antea erant crassiores, dum  
humiditatem, qua in eis est exsugunt, insumentque, ut natura ideo  
recrementation lenti excoquat. Didicimus enim conceptiones, o-  
mnemque vite originem fieri calido & humido.

Ipse vero distinctione utitur: ὁ μὲν γὰρ τεταρταιός τὸ  
τὸ μελαγχολικός χυμός γιγνόμενος εἰπότως τὸ τὸν θερμανόν-  
των καὶ οὐγεμόντων ὥφελεται, ὁ δὲ ἐξ ὑπερηφάνεως τὸ τὸν θ-  
ερμανόντων καὶ φυχόντων, διον πεπόνων, ταφυλῆς, ὀρέων, οὐδα-  
μῆτος, ιχθύων, qua ab humore melancholico creature, meritò cale-  
facentibus & HUMECTANTIBUS JUVATUR. Quae  
verò ex nimia bilis ADUSTIONE provenit, HUMECTAN-  
TIBUS

*TIBUS & REFRIGERANTIBUS tractari debet.*

267.

Humor itaque peccans, ut frigidus & siccus, indicat calefacientia & humectantia: ut crassus, viscosus, latus, incidentia: ut crudus, coquentia: ut putrescens, corrigen-  
tia: ut redundans, imminuentia: ut incorrigibilis, o-  
mni modo evacuantia & extirpantia: scorbuticum si adsit inquinamentum, ei occurrentum. Extirpari ergo debet non solum humor peccans, sed & άγεθετις, quæ provenit διπλωματικῶν τῶν μορφῶν σηπεδονοδῶν τετραμέ-  
τρων, dispositio, quæ, provenit à relictis in parte putridis inquina-  
mentis. Deinde & η αθέτεια, καθ' λόγον ἀνάταξις περιπο-  
ματα, imbecillitas à quâ inquinamenta generantur & excre-  
menta.

Causæ hæ omnes ablationem sui indicant per con-  
traria. Lien si malo fomitem præbeat, aperiendus, alte-  
randus, confortandus, si alii morbo succedat, ille aver-  
runcandus.

VITALIS indicatio respicit vires, propter perti-  
naciam morbi, quâ clementiam suam subdolè compensat,  
non negligenda.

SYMPTOMATA etiam non susquedequa ha-  
benda.

RECTA administratio est necessaria. In principio  
leniter hæc febris tractanda, ne humor melancholicus for-  
tioribus incidentibus, præparantibus, purgantibus irrite-  
tur: sicque ex simplici quartanâ duplex, ex duplo triplex,  
imò sæpiissimè ex hoc intempestivo medicamentorum usu,  
continua, quâ æ gri facile jugulari queant, excitetur.

Considerate Galenus i. ad Glaucōnem cap. II. τὰς παρατάσ-  
πυρεῖς καὶ σέχαις μετείως τε καὶ τεράπως ἄγειν χεῖ, μήπε φάρ-  
μακόν τι τὸν ιχνεύων μηδὲν τρεσφέρειν, μήπε πένωσιν, εἰ μὴ  
ἀρρεπόντες σφόδρα φαίνοντο τλεοντίζονται. In principio  
quartana leniter & mediocriter tractanda, nullaque fortis medi-  
cina aut vacuatio exhibenda, nisi forte sanguis abundans vena  
sectionem requirat.

Humor enim pertinax est, vix longâ coctione superari,  
& eva-

268.

& evacuationi aptus reddi potest : vehementia etiam medicamenta carnes eliquant , tenues humores exturbant , crassis relistik , & sic obstructionem & febres augent .

Inde plurimā observatione constat , ex intempestivo diaphoreticorum , vomitoriorum , usu difficiliorem duplo redditum fuisse curatu morbum , naturamque & quidem frustra adeò labefactatam fuisse , ut potius toto morbi decursu gravioribus symptomatibus affici fuerint ægroti . Sæpè quartana ægredit medendo . In magno quartanariorum iliade observatum fuit , quod qui phlebotomiis & medicamentis vexati sunt , omnes ferè perierint . Incurati & paucis imò nullis medicamentis tentati naturæ beneficio , ferè omnes ad martium mensem convalluere .

Sciunt medici , quartanam acriùs in principio tractatam , verba sunt *Cratonis epist. medicinali* 112. fieri deteriorem , & respuere illam ordinariam medicationem .

Ego meis ægris aliquandiu exhibeo singulis mensibus sub noctem decoctum raparum cum butyro . Prosum enim rapæ & à manifesta & specifica vi . Quia humectant humorē melancholicum , aperiunt & leniunt .

Deinde de succo cardui vel in formā pilularum vel sirupi . Et cum video materiam esse concoctam , expurgo primū infuso cum sirupo violaceo , vel de pomis , deinde agarico , post exhibeo extract . Ellebori ad 3j. vel s in debilioribus , hoc modo plurimos sanavi .

Ratione confortationis , nihil melius conservā rosari . cum sp. aromatici rosati , descriptione Gabrielis sine spica & media parte moschi & ambræ .

Hanc rectam & rationalem curandi rationem judicat *epist. 113.*

Non tamen hæc stricto observanda jure . Calidis & humectantibus omnino peccans humor attemperandus , ut , verba sunt *Tralliani lib. 12. Εμενώς καὶ ελύπτος benignè οὐ ci- tra noxam vacuari queat τῷ μέρει paulatim . Facta dissolutio- ne , μηδὲν χεργίζειν , αἰδοῖα θέλειν εὐθὺς ὄχημαν ἀποκαθητεῖν . Καὶ εἴπει*

καὶ εἴ τι πιχεῖσι, πολὺν ὑγροῦ θάρυλον καὶ λατέρης καὶ Δαίτης θύτας  
πονατήσειν. Non dantius procrastinandum, sed protinus ad pur-  
gationem ipsorum properandum: Et si adhuc res posulat, rursum  
humectando tum balneis, tum viatu subducere oportet.

269.

Imò, addunt alii, etiam in principio statim nonnun-  
quam materiam peccantem vacante medicamento subtra-  
here expedit, si copiosa sit, & suffocatum conculcatumve  
calorem nativum iti periculum sit, & melius

Subjungimus ex Coo lib. 2. de morbis, cum quartana deti-  
net, siquidem ex illo morbo purgatum non corripiat, medi-  
camentum deorsum purgans propinato, deinde caput pur-  
gato, post medicamentum purgans iterum dato.

## CAPUT XXV materias auxiliorum proponit ex fonte chirurgico.

SANGUINIS MISSIO primum obtinet locum.  
Galenus i. de curandi febres rat. ad Glaucōnem cap. ii.  
eam commendat, εἰ σφόδρᾳ Φαινοτὸν πλεονάζον αἷμα, si  
sanguis abundare apparuerit valde.

QUANTITATEM determinat coloris variatione.  
καὶ εἰ διελόν τι τῷ φλέβᾳ τὸ ἥρον αἷμα εἴη μέλαν καὶ παχύ,  
μᾶλιστα δὲ τοῖς πληνώδεσι τοιότεν ἐνέργειαν, θαρρεῖν τὴν πε-  
νάσσει. Ξανθᾶ δὲ καὶ λεπτὴ φαίνεται ἐπέχειν αὐτία. Eris ve-  
nā incisa is, qui fluit, niger vidatur & crassus, (principiè vero  
in iis, qui Liene laborant, hujusmodi vistitur) audaciūs mittendus  
est. Quod si flavus ac tenuis apparuerit, statim supprimendus.

LOCUM etiam designat Galenus. Τέμνειν δὲ φλέβα  
ἥτι τῷ ἔντος ἡ τῷ μέσῳ ἀγνῶν διεργεῖν. venam vero se-  
care oportet, vel interiorem vel medium sinistri cubiti.

SALVATELLÆ recentiores multum tribuunt, plus-  
que levaminis, quam ex aliarum venarum apertione, inde  
sibi promittunt, ob vicinitatem arteriarum, è quibus spiri-  
tuosior sanguis ipsi communicatur, adeò, ut observeetur  
non raro, manu aquis exemptâ sublultim cum magno im-

E petu

petu velut ex arteria sanguinem exsilire. Inde brevi temporis spacio multum sanguinis evacuari potest.

Mulier, autore Ballonio epid. & ephem. septem menses quartanaria, sanguine ex venâ salvatellâ satis copiosè de-tracto, benè habuit. Febris jugulata est.

Domina Trofella quartanaria, secundâ horâ unâ ante paroxysmum salvatellâ, confessâ est paroxysmum imminutum fuisse; secundâ vice fermè extinctum, post tertiam non rediisse, autore Riverio observ. commun. 47.

Cardanus lib. artis pavæ, in quartanâ, scribit, sanguinem mittimus, ex venâ sinistram manus, horâ novilunii, sinimusque fluere, donec sponte desinat: hoc enim generale præceptum est in omnibus angustis venis.

SAPHENÆ simul mentionem facit Nicolaus Florentinus. Debet, inquit, phlebotomia ista esse parva, & facta de salvatellâ manus sinistram, aut de ambabus aut de saphenis.

SAPHENA pedum vena commode aperitur, in foemini mensum suppressione laborantibus. Impeditur inde præcepis sanguinis ad uterum motus.

HÆMORRHOIDALIUM apertio etiam utilis, non quod lienem depleant, revehunt enim tum internæ, tum externæ ad cor, sed quod impedian, quod minus in exilibus hisce vasis computrescat. APERIRI possunt, foliis ficus asperis affrictis. Ferro tangi renunt.

TEMPUS venarum brachii aperiendarum est principium morbi, & quidem τῆς ἀπρεσίας, immediatè paroxysmum quæ antecedit, die. In universalí declinatione non nunquam eâ opus.

FRICIONES corpus reddunt perspirabile, & calorem nativum blandè fovent.

VESICANTIA prospéro nonnunquam successu & eventu, quâ arteriæ magis ad cutem vergunt, applicantur, pars enim οπτεδωνώδες περιθώματος, quod cum sanguine circulatur, depurari potest. Sic natura interdum pustulis sponte excitatis se sublevat.

FONTI-

FONTICULI in crutibus vel brachiis excitati non  
solum ab hoc morbo præservare, verum etiam curare so-  
lent naturā duce, quæ per abscessus sapè in cutaneis par-  
tibus se sublevar.

FLAGRIS quartanam curatam observatum. Et  
hanc curationem fortuitam vocat Seneca lib. 6. de beneficiis  
cap. 7. Nam fortassis optabile malum, quod majoris mali  
remedium sit.

## CAPUT XXVI

### pharmaceuticum fonte aggre- ditur, & lenientia proponit.

IN PHARMACEUTICO fonte primūm occurunt  
LENIENTIA, quæ excrementa, mineramque circa  
primas vias collectam ομένως, ἀλύπτως καὶ μέρης, blandè, sine  
noxia, sensim & particulatim educunt.

Μαλάτειν inquit Galenus i. τὸν πέρης τὸν Γλαύκωνα θε-  
ραπευτικῶν lib. i. cap. ii. δεῖ τινα γαστρεφ καθ' οὖν, οἷον τε Διάθη-  
τον σινήθων. εἰ δὲ μηδὲν ταῦτα καλύσματος χειρῶν καὶ δεκατὸν μηδὲν  
μαλακοῖς. Venter, quantum possibile, emolliendus, iis, que infi-  
tata sunt: quod si hec nihil proficiant, clysteribus utendum, à  
principio quidem mollibus, postmodum acrieribus.

R. seri lactis caprini ℥vj,  
fumar. recent. vel sicce m. f. vel j,  
Facta infusione per noctem propinetur per vices, seu  
intervalla.

R. decocti flor. & fruct. ʒij.  
siripi de polypod. comp. ʒij. M. F. Potio.

R. elect. lenit. ʒj. crystall. ♏ ʒj.  
♀ Glati g x. cum sacch. F. Bolus.

Loco horum ex purgantibus lenioribus sena, epithy-  
mo, cum radice ellebori nigri vel albi in minori dosi fie-  
ri queunt decocta vel infusa.

*272.*  
CLYSTERES LENIENTES etiam conveniunt.

Bz. sol. malv. alth. brancurfin. violar.  
fumar. à mj. rad. lilior. albor.  
alth. malv. a 3ij. sem. anisi, fanic. a. 3ij.  
fani graci, lini, à M B.  
prunor. damascen. no. x.

Coq. in suff. q. aq. com. Colatura 18j. adde Elect. lenit. 3ij.  
ol. lilior. alb. 3j. salis comm. 3j. F. clyster.

Cálcava suppostoria lenientia convenientia, ex sevo, rādice betae, aloe pulverisata cum melle ad duritiem cocto, item sp. hiera picra cum melle cocto ad spissitudinem, modico sale gemmæ exaltata.

VOMITORIA lenientia parantur ex aquâ dulci cum ol. amygd dulc. oxymelite simplici aut scyllitico.

## CAPUT XXVII præparantia designat.

PRÆPARANTIA sequuntur. Talia sunt flores bōraginis, bugloss. cichor. genist. hepatic. viola, herbae absinth. atetos. adianthum, agrimonia, quâ humoris peccantis excessum corrigunt, quâ calidus, eum refrigerant, quâ frigidus eum modicè calefaciunt & attenuant, quâ siccus, eum humerant, omnium autem putredinem inhibitent.

Alia simul vias respiciunt, easque recludunt, ut pecans materia eò commodius evacuari queat. Talia sunt radix filicis, polypod. q. cort. rad. tamarisci, capparum, cuscute, genistæ, centaurii minoris sal.

VALIDIORA sumuntur ex chimicorum classe. ☐  
Olat. crystall. ☐ chalyb. arcanum Eli, crocus & aperiens,  
pulvis cacheoticus chalyb. Quercetani, sp. aperitivus Penoti, tintura ☐.

Bz. sanguis boraginis, scelotyrb. a. 3j.  
aq. scorbut. Q. borag. 3iiij. M. F.  
Potio pro VI. dosibus

rad.

- 273.
- R. rad. filicis, flor. cord. genist. a p.vi.  
 polypod. q.a. 3j. sem. anisi. fænic. cochl. a 3j.  
 glycyrrb. cichor. a. 3ß. Coq. in suff. q.aq. font.  
 cort. rad. capparum, Colat. 3x. adde  
 tamarisci a. 3ß. sirupi de fumariâ,  
 fol. fumar. de pomis borsdorff. a 3j.  
 ceterach veri a.p.vi. Tinct. ♀. 3j.  
 M. F. Potio ad IV. doses.

- R. aq. antiscorbut. 3j. sp. ♀ 3j.  
 sirup. de pomis borsdorff. 3ß. tinct. ♂ 3ß.  
 M. F. potio ad duas doses.

- R. fol. cochlear. sem. anisi. fænic. a. 3j.  
 nasturt. aq. genist. 3ß.  
 veronic. Coq. in suff. q. aq. font.  
 ceterach veri, Colatura 3x. adde  
 spicanth. a. p.viii. sirupi scelotyrb. Forest.  
 rad. sarsaparil. de pomis borsdorff a. 3j.  
 cichor. mistur. simpl. 3ß.  
 scorzonera. a 3ß.

M. F. potio ad iiiij. doses, scorbuti si adsit suspicio.

- R. tinct. ♂ ♀ tar. 3ij. sp. cochlear. 3j.  
 Misce. Dos. gt. xvi.

- R. mass. pil. de gom. ammoniaco Quercet. 3ij.  
 F. pilule xx ☉ involvende. Duæ de his deglutiuntur ve-  
 sperâ paulò ante crepusculum, aliquotque cochlearia seri  
 capri i superbibantur.

- R. rad. saperientium, bugloss. a. p.iiij.  
 polypodii q. a 3iij. passul. minor. 3j. major. 3ß  
 cort. tamarisc. fraxini, Coq. in suff. q. aq. f.  
 rad. cappar. a. 3ij. vel seri latif.  
 herb. fumar. ceterach. Colatura 3ß. adde  
 cuscute, milzatilla a mj. sirup. capill. ♀, cichor.  
 flor. genist. borag. de succo borag. a. 3j.  
 effent.

2702  
effent fumar. ʒʒ. fl. aperit. Penot. 5ij.  
M. F. Potus ad multas doses.

Rz. clys. & composti ʒʒ.  
in vitro S. aperitiv. effens. Dos. gut. xx.

Rz. croci & saccharini albi per spir. ♀ parati ʒʒ.  
Dividatur in duas partes, distinctis chartis includantur,  
S. digestiv. pulv.

Rz. magist. ♀ Plat. ♂ cent. min. a. ʒj.  
Dividatur in duas partes æquales. S. digestiv. Salz.

## CAPUT XXVIII

### purgantia per alvum & vomitum in genere considerat.

**E**t τὰ τῆς πένιας τὸ νοσήμα, scribit Galenus de curandi  
mēt. ad Glauconem cap. II. σπειρία Φαινούτῳ, καθάρισεν πυρ-  
καῦτα τοῖς τοὺς μέλανας χυμάς πενῶσι Θαραύανοις χεῖν, ἐχ ἀ-  
παξ μόνον, ἀλλὰ νοῇ πολλάνις, λιγὸς δὲ τοῖς δέν χεῦθαι δὲ νοῇ  
διπλὸς τὸν στρίων ἐμέλεις. Οἷς δὲ ἐμέλεις ἀδύτατον, τοὺς δὲ σφοδρά-  
περγναθάριαν δεῖ κατατείνειν. Cum jam coctionis signa apparuerint,  
purgare oportet iis, que humores, atros exinanendi vim habent,  
non semel tantum, sed & sepius, si fuerit necessarium. Utenu-  
dum autem vomitibus continuè post cibum. Qui vero neque-  
unt vomere, valentius ii per alvum vacuandi.

Hæc concoctis & ad exitum dispositis humoribus exhibenda, ita debent esse comparata. 1. ne in principio ordinem mediocritatis excedant. 2. sint humectantia. 3. per intervalla repetenda. 4. leviora primum, deinde validiora adhibenda, præcipue perfectis coctionis adparentibus si-  
gnis. Etenim semper & naturæ impulsus, & humoris pec-  
cantis motus, inclinatio, nec non meatuum conditio ob-  
servari diligentius debent, quum quartana certos suos ha-  
beat terminos, ad quos, antequam perveniat, si medica-  
mentis

275.

mentis multis exasperetur, plerumque acerbior reditatur.

Laurentius Joubertus de curat. quartane intermitentis exquisita contrarium sentit, & in principio quartanæ validiora purgantia, in augmento & statu mitiora, eâ de causâ: 1. quod cocta attenuataque jam materia suâ sponte ducunt purgantis medicamenti facilè sequatur, quin imò sàpè sola sine medicamentis expellatur. 2. in principio symptomata fint & mitiora, & vires validiores.

Ad has rationes respondetur 1. naturæ, quæ prius coquit, deinde expellit, motum esse attendendum. Primò ergo lenibus, deinde valentioribus utendum. 2. licet vires ad sint, cruditas prohibet, & in progreſſu licet debiles sint, feliciùs coctâ material succedit purgatio.

FORTIORA die intermissionis exhibeantur, ne naturæ motum à centro ad superficiem material peccantem propellantis, cum periculo ægrotantis impedian, contrariisque motus insituantur. Exhibeantur potius in die, quæ paroxysmum antecedit immediate, tum quod illa magis distat à noxâ præcedentis paroxysmi; tum quod humor, qui jam colligi incipit, pro futurâ accessione, magis tum sit vacuationi idoneus, & ad eam dispositus.

Sàpè tamen ex usu est, inquit magnificus Dn. Preses libro de feribus, die accessionis purgantia exhibere, quia, cum difficulter materia ob crasitiem vacuari queat, calore accessionis magis attenuabitur, & facilius vacuabitur. Volut autem operationem ante invasionem paroxysmi absolvi. Maximæ turbæ excitari solent, inquit Riverius, cùm inchoatam evacuationem maximus horror intercipit, & in accessione fit motus pharmaci motui contrarius.

Prosper Alpinus refert Aegyptios id in usu habere.

Amatus Lusitanus centur. I. curar. 8. & Monavius epist. medio. Scholz. 212. plures longissimis feribus laborantes hâc viâ multò citius, quam alias liberatos fuisse refert.

Moscovitas quoque non aliâ ratione facilius aut felicius longas febres superare, domestica mea, ut & Patruelis mei

*mei beatæ memorie colendissimi Dn: Hartmanni Gramanni, Magni  
Moscovia Ducis Archiatri felicissimi annorum viginti experi-  
menta docuerunt.*

Ratione hæc destitui hand videntur. Materia enim,  
qua alia viscida, crassa, evacuationi rebellis, commotio-  
ne, quâ natura singulo paroxysmo, quod noxium, excer-  
nere nititur, agitata facilior ad expulsionem redditur.

## CAPUT XXIX in specie considerat purgantia per alvum.

PER *τάχα* PURGANTIA sunt mitiora & validiora.  
MITIORA sunt: sirupus de fumariâ simplex & composi-  
tus, de foliis sene, oxymel belleboratum Gefneri. Pulvis sene Mon-  
tagana.

FORTIORA sunt Lapis Lazuli. ὁ δὲ ἀρεμφριανὸς λί-  
θος καλέσθως, scribit Trallianus lib. 12. cap. 8. εἴ τε πετλυμένος,  
εἴπι ἀταλυτός οὐν τερεσθέργιος, κεράμια δ. σαθυρός, θαυματῶς  
τερές ἀπαντός τετερταῖς ποιεῖ. Lapis, qui armeniacus dicitur,  
sive lotus, sive illotus offeratur, quatuor siliquarum pondere, mi-  
rabiliter ad omnem quartanæ speciem valet.

DOCET etiam modum, quo cum aloe, epithymo,  
agarico, caryophyllis, scammonio, succo citri, aut rhodomelite in  
pilulas redigatur.

℞. pulv. sene Montagn. ʒi. siripi de fumariâ par.

M. F. Bolus.

℞. "extr. elleb. nigri ʒi, conserv. rofar. q. s.  
cryst. ♏ ʒi, F. Bolus.

℞. pulv. sene Montag. ʒi, ol. cinamom. ʒ. iiiii.  
pulpæ pass. minor. ʒii. siripi de pomis q.s.  
M. F. Bolus.

℞. extr. bellebori nigri ʒi, scammonii ♏. ʒ. iiiii.  
solve

277.

solve in  $\triangleright$  scorbut. Quercet.  $\frac{3}{2}$ j. sirupi cochlear.  $\frac{3}{2}\beta$ .  
M. F. potio.

Rx. fol. spicanthæ, flor. rosar. viol. a. pij,  
aspleni a. p. iiiij, cinamomi  $\frac{3}{2}$ j.  
cort. rad. cappar. 3ij, Coque in suff. q. aq. font.  
tamarisci 3j. Colaturæ  $\frac{3}{2}$ v. adde  
sem, anisi. fænic. a.  $\frac{3}{2}\beta$ . sirupi de epith.  $\frac{3}{2}$ j.  
senæ Alexandr. ss.  $\frac{3}{2}\beta$ . spir. cochl.  $\frac{3}{2}\beta$ .  
fibr. Elleb. nigr. pp. M. F. Potio ad duas doses, al-  
gialap. a.  $\frac{3}{2}\beta$ , ternis diebus sumendas.

Rx. senæ pulveris.  $\frac{3}{2}\beta$ , omentha,  
magist. gialap. gr. vi, cinamomi a. gt. ij.  
M. S. purgier Pulver.

Rx. mass. pil. de ammon. Q. resinæ scammonii g. x,  
tar. ejusdem. a.  $\frac{3}{2}$ j. essent. fumar. q. s. M.  
extr. bellebori  $\frac{3}{2}\beta$ . Fiant pilulæ.

Rx. fol. senæ Alexandr. 3ij, ♀. alb.  $\frac{3}{2}\beta$ ,  
fecul. radicis belleb. nig. ol. anisi, cinamomi,  
dangivis. a.  $\frac{3}{2}\beta$ , caryophyll. a.  $\frac{3}{2}$ vij.  
M. F. pulvis subtiliss. div. in quinque doses. S. melanogo-  
gum in formâ pulveris.

Rx. pil. febrifugarum cetano com-  
Camilli à Quer- mend.  $\frac{3}{2}\beta$ . Detur.

Rx. pil de ammoniaco sirupi fumariae q. s.  
Foresti  $\frac{3}{2}\beta$ . M. F. pilulæ.

Rx. oxymel. belleborati Gesneri  $\frac{3}{2}$ j,  
sirupi de fumar. comp.  $\frac{3}{2}\beta$ ,  
resine gialap.  $\frac{3}{2}$ x. extr. helicb. nigr. gr. vi.  
M. F. Haustus.

Rx. herb. epithymi, ceterach. a. pv,  
fol. ling. cervinæ, spicanthæ, a. m. vi,

F

rad.

278.

rad. polypedii, filicis a. ʒj.,  
cort. rad. capparum, tamarisc. frangulae, a. ʒf.,  
fol. sena. Alex. f. ʒj, rad. gialapii ʒj,  
flor. genistae, rosarum, violarum a. p. iii,  
fr. albi Francici ʒf.,  
Contus. contund. s. a. coq. insuff. q. aq. f.  
Colaturae ʒfj. adde  
succii pomor. borsdorff. cochleariae, nasturtii aq. a. ʒf,  
oxymel. belleborati ʒj.  
M. S. Exir Eranolein. Dosis ʒv.

Celebre est FEBRIFUGUM Riverii, cuius facit mentionem observ. libro 3. pluribusque historiis mirabilem ejus effectum depraedit. In appendice addit: vires ejus medicamenti ejusmodi esse, ut humorem melancholicum virtute specificā oppugnet, illius fermentationem, quæ paroxysmi causa est, inhibeat, pravas ejusdem qualitates extinguat, totamque ejus naturam immutet &c.

Descriptionem subjugnit anigmatum nube involutam, subobscuram, fidelem tamen & omni fraude vacuam. Componitur, ita verba habent, ex triplici Hercule duodecim laboribus ad summam nobilitatem evecto: quibus tandem quartus athleta additur operis complementum efficiens.

D A T U R pueris ad g. x. XII. xv. adultioribus à gr. xx. ad xl. Blandè operatur per alyum, si materiam vitiosam ad exitum pronam adoriatur, etiam per vomitum.

Magnificus Dn. Præses ex privatâ communicatione sequentem possidet procesum.

Rx. reguli ȝ & ȝ, ȝ fine capellata a. ʒij,  
vel ȝ ȝ. reguli ȝj.

Liquefactæ ȝ in crucibulo adde regulum. Liquefac simul igne rōta circumdato. Post remove ab igne.

Rx. reguli hujus, ȝ anti a. ȝf.

Destilletur inde ex retortâ butyrum. Præcipita aqua  
fon-

279

fontanâ affusâ. Lactescente humore, subsidens & edulcatus  
pulvis servatur ad usum.

VIRES nullæ aliae in hoc pulvere admittuntur à curio-  
sis, quam quæ competunt ḥio vita vulgaris. Minor tamen vio-  
lentiâ operatur per vomitum, qui mitificatur à dâ. Non verò  
agnoscit experientia tantum secretum febrifugum in hâc  
medicinâ.

Esse autem hoc Riverii antiquartanarium & febrifugum  
confirmat conjectura. Triplex Hercules est 3. 3. 3. quartus  
Athleta est 3. duodecies meteorisatus. Meliora edocit  
sententiam mutare non recusabimus.

## CAPUT XXX in specie considerat.

ἀνωτεριά.

**V**OMITORIA commendat Thallianus lib. 12. cap. 8. Εμετό.  
ἢ ὀφελιμότερον ἀπαστος, καὶ μαλισκα τοῖς ἔχουσι παχύσι  
τῷ στοματὶ τῆς γαστρὸς δοπλεπθύνει τὸ πάχος, καὶ πέπεσθαι  
τὸ στομάτον δίζει, καὶ θερπεῖσθαι τοῦ πεπεσθέντος. Vomitus omnibus uti-  
lissimus, præsertim iis, qui humores crassos in ore ventriculi conti-  
nent. Nam crassitatem extenuat, & ut concoquatur, celeriusque disolu-  
tiatur, efficit.

Alii radicem curationis vomitum vocant.

Fonseca sct. 4. aphor. 4. nullo alio remedio, quam vomi-  
toriis, quartanam solvi posse scribit.

Saxonia vomitione se nihil præstantius in quartanâ in-  
venisse scribit.

Freitagius in aurorâ medic. p. 27. & 144. & seq. solo & vitri-  
ficato vel cum ① calcinato in crucibulo, in paroxysmorum  
initiis aut paulò ante insultum exhibito, fausto & celeri suc-  
cessu ab empiricis curatos obseruavit.

Adeò certissimum est, artificium curandi hoc in conve-  
nienti materia morbificæ evacuatione, ipso paroxysmi die,  
quo humores in motu & proinde ad evacuationem facilior-  
res sunt, consistere.

250

*Strobelbergeri, Riverii antiqua tanaria specifica nihil aliud sunt, quam vomitoria.*

*Magnificus Dn. Preses, omnium suffragio facile Magnus Germanorum Esculapius, & omni encomio major, libro ordo & methodus curandi febres inscripto, hunc vomitoriorum hoc in affectu usum notabili historiam probatum it.*

Nobilissimus ac Strenuus Dieterich Vicedomius in Echstet, Electoralis Saxonicae equestris militiae vexillifer, postquam anni dimidii spacio quartanis insultibus fuerat afflicatus, consilium petiit, quod denegare noluit rogatus, aliis, qui detestantili errore, nullis diætæ regulis se alligari patiuntur, satis difficilis. Cum promptam promitteret obedientiam, curationem inchoavit, methodo ordinariâ observata. Quatuordecim dierum spacio elapso, tandem ei exhibuit vomitorium ex infuso vitri &c, die απηγέλας. Cum incalceret in lecto, vomere incepit cruda: adjutus jusculis pinguibus, viscida, lenta, nigra: tandem corpore mirè agitato ejecit materiam albam, cretaceam, calci similem, quæ gypseo pavimento ita adhærescebat, ut macula elui non potuerit, & non nisi longo post tempore disparuerit. Cessavit sic vomitus fbrisque antipyreticis adhibitis non rediit.

*Hippocrates autem 9. aphor. lib. 4. τὸς ἐμελαγχολικούς, ἀδρεπέως τὰς κάτω. Melancholicos infrā vehementius purgare jubet. Quia, inquit Galenus in commento, hic humor propter gravitatem insitam tendit deorsum, merito eum per inferna vacuari jubet, sicut lavam bilem per superiora, levem ipsam & suā sponte continenter per summa fluitantem.*

*ΤΕΜΡΙΣ. Trallianus lib. 12. καλλίσος ἐπι καρές θει, scribit, πρὸς ἔμετον δεχομένος τὸ παρεχόντος, ἐπειδὴ καὶ τότε ναυλώδεις οἱ χυμοὶ γίγνονται, κινουμένης τῆς ψλης ηγε σύρρεοντων τῶν χυμῶν ἐν τῷ σομάχῳ καὶ δακνόντων ἀντόν. Comoda per vomitum vacuandi occasio est, in initio paroxysmi, cum tunc nauseabundi sint ventriculi, commotâ materia, & affluentibus humoribus ad stomachum, & ipsum mordicantibus.*

*Avicenna fen. i. lib. 4. tr. cap. 66. vomitum ante paroxysmum, cujuscunque humoris sit, aut allevare paroxysmum, aut eradicare ipsum.*

*Alii*

282.

Alii distinguunt. In quibus materia in ventriculo, aut circa eum congesta, quartanæ fomentum suppeditatura, deprehenditur, iis hanc ipsam die intermissionis, ante potius quam post cibum sumtum per superiore alvum educere præstat, imprimis, si æger ad vomitum sit proclivis & facile eum ferat.

Quibus verò proximam materiam est animus excutere, illi in paroxysmo ipso aut paulò ante exhibent vomitoria.

## CAPUT XXXI.

### Materiæ vomitoriorum.

**M**ATERIÆ variaz esse queunt.  
HELLEBORO prima à Galeno i. ad Glauc. cap. ii. adsignantur subsellia. Tali, inquit Zaceutus Lusitanus lib. hist. efficaciæ ac robore nobilis est, ut unicè morbis chronicis, iisque omnibus feliciter succurrat, illosque, qui pertinacissime alias remediis cunctis resistunt, præsente victoriâ expugnet.

Hildanus observ. helleborum ceu medicinam contra quartanam specificam laudibus extollit ingentibus.

Matthiolus unicâ exhibitione, modò tempestivè & secundùm methodum fiat, quartanarios helleborismi sui usu convulsiæ, asserit.

Eligitur niger, communiter Styriacus: alii tamen neque ab albo abhorrent.

Vitrum & alii ad gr. iv. vel plura, vel flores ex vitro & paratos, quibus non raro pertinaces quartana solvuntur, commendant. Commodissimè infusum vitri exhibetur paratum ex g. vii. viij.

**Bz.** Securi vita g. viij.

Infunde per noctem, in aqua spleneticæ 3ij.

Manè filtrantur. Detur in vitro.

**S.** Brechwasser.

F 3

**Bz.** ex-

*202*  
Bz. extracti ellebori albi g. ij,  
rose mineralis g. vi.

Infunde in vini boni 3 iii.

Mane filtrantur per linteum cum expressione.

In vitro exhibeatur pro vomitorio, mane jejunio ventri-  
culo exhibendo.

## CAPUT XXXII.

*Διογένης.*

**M**AGNI haec sunt materiae remedii, refe Galeno, i. ad Glaucon.  
**M**cap. 2. silentio non involvenda. Magnam seri partem  
xgrum gravantem, aut in sudoris nimis molestè materiam  
abeuntem per suas vias derivant. LOCUM habent, vigente  
morbo, cum natura cruditates per vasa agitare, & separare  
incipit. Neque prius exhibenda, quam viscera pertinaci ob-  
structione liberata sunt.

**M A T E R I A E** sunt: Aqua petroselini, diuretica com-  
posita, sirupus de duobus & quinque radicibus aperienti-  
bus, spiritus Θ. Φ. ♡.

Bz. aq. antiscorb. Quercetani 3 j.,  
siripi è succo cardui bened. 3 B. sp. Θ g. x,  
salis fraxini g. xiiij., ol anisi g. viij.

**M. F. Potio.** Usus cum purgante melanogogo alternus: quo  
I L L O portio melancholiæ crassior per alvum, A L T E R O  
per urinam tenuior evacuetur.

Bz. aq. sarsparil. 3 j. siripi scordii 3 B. cinam. 3 iiij.,  
Θ fumarie, card. bened. a. Θ.

In fistili S. Harnfränklein.

## CAPUT XXXIII.

### Sudorem expellentia.

**Δ**ΙΑΦΕΝΗΣ sapè tam feliciter munere suo defunguntur,  
aut magna eorum pars inter appropriata numeretur. Per  
sudores expellit natura in paroxysmo. Eam imitetur medi-  
cus. Conveniunt signis coctionis apparentibus.

Galenus

*Gaius. cap. ii. com-  
mendat Φάρμακον οὐδὲ τὸν ἐγδόναν medicamentum ex viperis,  
principiū illud, quod succum cyrenaicum recipit. De tempo-  
re exhibendi etiam sollicitus, post statum idem commendat,  
ante statum noxiū proclamat. Όσοι ἔκασταν τῶν θεούτων  
Φαρμάκων ίσηδωσαν, ή δλως τῷ της αἰρητι, αἰσθαντὶ μὴ ὅντε  
πεπαρταῖσιν διώλαντι πολλάκις ἐπέφων, η πάντας μείζονα τε  
καὶ χαλεπώτερην εἰργάσαντο. διώλαντι δὲ ὅντε τετραλοῦν ἐποίη-  
σαν. η πάντας γε τοὺς δύο χαλεπωτέρους τε καὶ μείζονας. Qui-  
cunque verò ab initio aliquid ex his medicamentis exhibuerunt,  
aut omnino ante statum, quartanam, quae erat simplex, sepius fece-  
runt duplēcē, aut omnino majorem aut difficultiorem: ex duplēci au-  
tem triplicē, aut omnino ambas difficultiores, majoresq; reddiderunt.*

*Illustrat id h[is]toriâ, quæ suo contigit tempore.*

Οίδα δέ ίνα iατρού, ὅσις ἐτόλμησεν τὸ γελῶν ἔχομφίω πε-  
ταξταίων δῆναι τῇ Διῃ τῶν ἔχιδνῶν Φαέμακε, ἥπα τὸ νοσήματον  
ἀκμάζοντ. εἰς δία εικός αὐξηθέντων ἀπάντων, συνεχής Αἴσθη-  
ζόμφος πυρετός, ἀπέντεινε τὸν ἄνθεωπον. Novi enim medicum  
quendam, qui ausus fuit agro tribus quartanis laborant exhibe-  
re medicamentum ex viperis. Inde, ut facilè conjicere licet, auctis  
omnibus symptomatibus, continens facta febris hominem jugulavit.

*Idem melancholiæ theriacam adversari, & vel hæc ratione quartanam, quæ huic originem debet, tollere confirmat libro de theriacâ ad Pisonem cap. 15.*

Postquam enim docuerat, theriacam non modo corporis adfictus, sed etiam animi passionibus opitulari, & melancholia resistere, subjugavit.

Διότε καὶ τοὺς τὸν πυρετὸν τὸν τεῖχεταιον μάλιστα ἀέμορφα καλῶς. Τόσο γὰρ τῆς μελαίνης χολῆς γενόμενος ὁ πυρετὸς ὅτος, ἐνιόλως τόσο τῆς ἀνπόδτος ἀπαλλάξεται, μάλισθ' ὅταν τὶς ἀντῆ πεκχυνῶς ἡ χρέωμενος, ἐγὼ γένει πολλούς τελν τεῖχεται ζόνταν τῇ ἀσωγῇ ταῦτη χρηστόμενος, ἀπήλαξα διάδικτος τῷ νοσήματος, τεφνενώσαις αὐτὲς τῷ δύπο δέπουν ἐμέτω, εἴτα τῇ ἐξηγησίᾳ ἀπίδουν τὸν χυλὸν τῷ αἰψυθίᾳ, ἵνα ἀπηγγλυκάνων καὶ κατενεργάσων τὸν χολὴν, οὕτως περὶ ἀρεβῶν δύο τὸ θητηματίας τὴν αἰτίδεσσιν δίδωμι. καὶ θαυματῶς ὄντα πολλάκις ὀπίτυχόσαν αὐτὴν, ὡς ταχέως αἱστημάντον

*την αυτον μετιν την λαυταντα. Καν δε εαυτη quartanis et-  
iam febribus optimè convenit: cùm enim ea febris ab atrà bile con-  
furgat, facile sumt̄ theriacā discedit, modò quis ipsā, servatis me-  
dicæ artis preceptis, utatur. Ego namque multos quartanā labo-  
rantes, hāc usus artis semitā, facile à morbo vindicavi. Primum  
enim cùm coenassent, ut evomerent, effeci: deinde secutā die succum  
absinthi bibendum tradidi, quo bilem contemperarem, ac veluti  
edulcarem: postremò duabus horis ante invasionem antidotum ex-  
hibui; atque ita cum omnium admiratione voti compos evasi, cùm  
celeriter is, qui theriacam sumserat, ab invasione liber maneret.*

*Prosp̄er Martianus com. in librum Hippocratis de affectioni-  
bus versu 188. theriacæ vires in periodicis febribus expertus  
affirmat, nullum præsentis & efficacius remedium esse ad fe-  
brium accessiones prohibendas. Hācutor, scribit, adsiduè,  
non in quartanis modò, sed longè confidentius in tertianis  
& quotidianis, præmissā tamen universali corporis evacua-  
tione.*

**Bz.** aq. fumar. comp. ʒj,      ♂ diaphoretici ʒf.  
febrifuge ʒil,      miſt. simplic. ʒj.  
theriac. Andromachi ʒj. M. F. Potio.

**Bz.** miſt. ♂ tartarea theriacalis camphorate ʒj,  
srup. scordii ʒf,      aq. cent. minor. ʒij.  
M. F. Potio. **S.** Fieber Tränklein auf ij. mahl.

Sal viperarum volatile theriacæ locum sustinere pot-  
est.

Flores \* ♂ tiales, flavi, reliquias μιάτρως febrilis dis-  
jiciunt.

♂ diaphoreticum, bezoardicum minerale ♂ tiale.  
Mistura simplex, sp. ligni lancti, ♂ fumariae, tamarisci,  
fraxini prosunt.

**Bz.** saccari albissimi in aq.      antidoti Matthioli ʒij,  
fumar. solut ♂      ♂ diaphoret. trina  
inspissati ʒij.      calcin. fixi ʒij.

F. morselli, pondere ʒf. Unus præbetur pro vice  
**S.** Schwimmorsellen,

**Bz** ♂ absin-

R. Θ absinthii,  
centaurii minoris, flor. Et. a. g. vi.  
M. F. pulvis. S. schwiz Salz.

R. Θ card. bened. crystal. DB. flor. Et. a. g. vi.  
In charta. S. Fieber-Salz.

## CAPUT XXXIII. PER SALIVATIONEM an curationis spes aliqua?

Ta videtur, in quartanâ ulceribus tibiæ urgentibus, licet  
nulla ejus solida esset sulpicio, plantis pedum & femoribus  
applicantur ceronea ex hydrargyro parata. Provocant  $\pi\mu\alpha\lambda\sigma$ -  
 $\mu\circ\varsigma$ : curantur ulcera, curatur & febris. Hæc Ballonius li-  
bro paradigmatum affixo libris consiliorum p. 330.

Econtra Fernelius libro de abditis rerum causis recenset hi-  
storiam quartanarii, simul lue Veneream cum fôrdidis ulce-  
ribus laborantis. Adhibiti litus, & diæta solennis ad luem  
Venereum. Hac fuit liberatus: non illâ.

## CAPUT XXXIV. Quid sentiendum de curatione per acidulas & thermas, exponit.

ACIDULAS EGRANAS in quartanâ contumaci-  
nonnulli commendant, si ventriculus & epar sint robusta.

SCHWALBACENSES Horstius libello peculiari p.  
27. laudat contra omnes febres, quæ à melancholicis suc-  
cis, bile & putredine ortum habent. Mineræ has potenter  
evacuare solent.

## CAPUT XXXV alterantia proponit.

G

Respi.

**R**EPLICIUNT HAC PARTES IMBECILLIES, & DISPOSITIONEM AD  
PUTREDINEM.

INFIRMITAS AUFERTUR CORROBORANTIBUS VUL-  
GARIS NOTITIAE & EXCELLENTIS VIRTUTIS, QUAE LIENEM, JECUR, &  
VENTRICULUM RESPICIUNT, IMMO TOTUM CORPUS BENIGNI VULTUS  
RADIIS ILLUSTRANT.

INTERNA SINGULARIA TOTUM CORPUS RESPI-  
CIUNT; CONFECTIO ALCHERMES, DE HYACINTHO, MAGISTER, PERLAR.  
CORALLI Lapidum & Tinctura coralliorum.

GENERALIA CONFORTANTIA COMPOSITA SUNT VARIA.

**Bz.** conservae fl. boraginis, buglossi,  
violarum, cirri pulpa a. 3j,  
conditi caulinum lactucæ Italicae 3ß,  
rad. cichor. cond. 3j,  
sp. arom. ros. 3j, rosat. novellæ a. 3ß.  
latif. Rhaß. 3j, diapir. 3j,  
sirup. fumaria, acet. citri a. q. s.  
M. F. Electuarium S. Starkzucker.

**Bz.** conservae cochleariae, nasturtii aquarici a. 3j,  
conditi rad. cichorii 3ij, pomor. mosc. condit. no. x.  
sp. diat. sandal. latif. Gal. a. 3j,  
pulv. chalyb. cacheoticæ Querc. 3j. rad. ari pulverisati 3ß.  
sirup. acet. simpl. de pom. borsdörf.  
a. q. s.  
M. F. Electuarium.

**Bz.** sach. albiss. in aq. rosar. soluti & inspissat. 3lij,  
spec. latif. Galeni 3j, de gemmis frig. 3ß.  
extracti acori 3ß. asplenii, gr. x.  
pulveris ari g. x. coralliorum preparatorum 3j.  
croc. or. gr. ij.  
ol. cort. citri, anisi a. gr. ii, fenniculi gr. vi.  
**F.** Rotulae ad 3j. Una interdum detur horâ ma-  
tutinâ ix, & pomeridianâ iv.

**Bz.** la 3is

**R.** lactic opt. mensur. iiiij.  
coque lento igne, sub finem infillando  
succi citri q. s. pro coagulatione.

Pone in cellam. Post separationem, serum defunde  
& defuso adde  
sacchari 3ij. effent marg. mag. C.C.a. 3fl.  
aq. cinamom. 3ij. S. fühlmissch.

Dosis in *πυγεζία*.  
VENTRICULI ad robur detur *Tragema stomacha-*  
*le Quercetani.* 3iiij. adsumantur per vices.

**R.** conserv. absint. pontici, cochlear. a 3i. cort. citr. aurant.  
cond. rad. enul. condit. a. 3ii. cich. cond. 3fl. sp. diarrhod. aromat.  
caryophyll. a. 3fl. spir. cochlear. 3ij. sirupi conserv. zingiberis q. s.  
M. F. Electuarium. S. Stärckzucker.

EXTERIUS applicetur *empl. de crustâ panis*, cum spe-  
ciebus aromaticis.

EPATIS etiam ratio habenda **R.** aq. destill. comp.  
aperient. ex radice sarsaparilla 3ij. sirupi corallorum 3j, tintu-  
re 3tis, spiritus cochleariae a. 3j. M. F. Potio.

Prosunt cerotum santalinum: spec. pro epithemate hepatis  
in aq. nymphæ tepidâ macerata & jecori applicata prosunt.

LIENI laboranti valde in hoc affectu succurritur et-  
iam internis & externis.

**R.** aq. scorbutica *Quercetani* 3ij. sirupi sceletyrb.  
Foresti 3fl. spiritus non fætidus 3i, mixtur & simplicis 3ij.  
M. F. Potio ad aliquot doses, cochlearibus duobus per vi-  
ces admetiendas.

**R.** tint. ♂ Zvelfff. 3ij.

S. Stärck tintur. 50. tropfett.

**R.** Tint. ♂ 3i, spir. cochleariae 3ij.

In vitro S. Milz tintur. Pulvis cacheoticus.

EXTERIUS prodest Ceratum de ammoniaco thymia-  
mate Foresti, reformatum à Zvelfero.

Linimentum fiat ex oleo capparum, nicotiana.

Hippocrates lib. 2. de morbis scđt. 2. t. 206. ad quartanam

248.

cominēdat medicamentum compositum ex calefacientibus & siccantibus, ut *slphii succo* & *trifolio*. Addit *S T U P O R E M* inducentia *H Y O S C Y A M I* *semen*, & *M A N D R A G O RÆ* radicem.

I. FIGUNT causam morbificam, sive paroxysmum impediunt, ea quæ somnum inducunt.

Trallianus lib. 12. cap. 8. varia antidota præscribit ad quartanas, quarum plurimæ *O P I U M* & altercum recipiunt, alia que calida & attenuantia.

Nonnulli factum id purant, scopo refrigerandi: alii, ut virtutes simplicium in unum coactæ magis & diutius conserventur.

Sed quia hoc idem alia medicamenta refrigerantia præstare poterunt, non satisfaciunt quæsito.

Propper Martianus com. in Hipp. lib. de morbis. 2. sect. 2. vers. 206. existimat, soporem inducentia his antidotis milceri, quia præter enarratas facultates, quas medicamento tribuunt, P E C U L I A R I V I R T U T E, febri conducunt, NON S O L U M, quia refrigerant, sed etiam quia humorum motum C O M P E S C Ü N T, unde DISGREGATIO eorum prohibetur, quam quidem proximam febris causam, multorumque aliorum morbotum agnoscit Hippocrates. Quia igitur hujusmodi medicamenta I N C R A S S A N D O & R E F R I G E R A N D O fistunt motum spirituum & humorum, hinc est quod dolores sedant, destillationes sanant. F E B R I U M H U M O R A L I U M invasiones inhibent, somnumque profundum inducunt. Et paullò post. Febris invasionem prohibere possunt, compescendo motum humorum, Q U I E S C E N T I B U S namque iis eorum DISGREGATIO NON CONSEQUITUR, quâ mediante febris excitatur.

II. PRÆCIPITANT fermentatione concitatum οντεδονωδες τετιμα πυρεπονητικόν, purinedinale excrementum, febrifcum pulvis ex testis cochlearum oblongarum pīcinarum, factus, autore Crollio, & pulvis febrifugus Minschtianus ex iisdem solā conditione concinnatus. Ejusdem nota est, Strobelbergerianum specificum febrile,

III. DIS-

289.

III. DISCUTIENTIA etiam h̄c cōveniunt, tum  
communia, quæ per sudorem & insensibilem transpiratio-  
nem faciunt officium, tum quæ antifebrili vi agunt.

## CAPUT XXXVI

### extraordinariam curationem proponit.

**N**icitur h̄ec externis & internis.

**H**elmont, postquam omnia scholarum condemnat re-  
media, & irridet, febrisfugum universale proponit tale libro  
de febribus cap. 14. t. 9. vocat præcipitatum diaphoreticum  
Paracelsi. Rx. pulverem Johannis de Vigo propriâ manu para-  
tum, quod affuso elemento ignis de vitriolo veneris extra-  
ctum aqua regis cohabatus est quinques, sub finem au-  
gendo ignem &c.

Commendat etiam aliud ad podagram & febres, mo-  
dumque præparandi ænigmaticum proponit talem. Pen-  
det ejus directio à manu ejus, cui debetur honor, quia par-  
vulis revelat hujusmodi arcana, quæ mundus nescit.

*Idem libro de febribus cap. 17. p. 67.* commendat empla-  
strum ex paucis resolventibus & abstergentibus proposi-  
tum. Nec unquam me fecellit eventus, nisi quod in obesis  
tardiora ejus sint obsequia. *cap. 14. t. 12. addit.* denique &  
istud addam, quod per emplastrum centenas quartanas tutò  
sanaverim, absque recidivâ, licet autumnales. Quærite &  
invenietis, modò medicina non in quæstum solum sit. Nam  
si vobis intentio est misericordia ex caritate, obviabit  
vobis in itinere veritas, & lux à patre luminum descen-  
dens.

Descriptionem ejus non addit. Censemur autem com-  
muniter h̄ec ejus ingredientia.

Rx. cera ʒij. syracis calamite ʒij,  
ladani liquidii ʒβ, asæ dulcis, olib. opt. a. ʒij.

M. I. a. F. emplastrum.

Applicetur lieni, cuius archæus ab acido stomachi ab

290.

*ipso* censetur ad iram commotus, ut odoratis his ille de-  
mulceatur & iopiatur.

Eiusdem emplastrī contrā quartanam meminit Grem-  
sii p. 401.

*Strobelbergeri* emplastrum antiquartanarium celebre  
est. Describitur à Schröterō lib. 2. cap. 53. Componitur ex tere-  
binthinā & araneis vivis, telis aranearum & \*. Ma-  
laxatur manibus oleo febrisfugo, quod ab eodem describitur  
p. 216. inuncis. Applicatur pulsibus.

A M U L E T A contra quartanam recepto apud popu-  
lum more quædam magis superstitionis, quam salutaria,  
quædam vero minus superstitionis, magis salutaria.

*Trallianus* lib. 12. δὲ πλιοναθηρες, inquit, θεραπευετε  
ταχαικοταξιδεῖ δὲ λαβίτας αὐτὸν ζωντανά τεχνάψασι τὸν  
τερψχηλον, ἐσώζειν πύρροντανας ασφαλισαμένας λέγουσι δὲ αι-  
τοντες ποιεῖν τεχναπτόνδρον θεον. *Scarabeus* quartanarios cu-  
rat. Oportet autem ipsum vivum existentem fulvo linteo firmi-  
ter alligatum collo suspendere. Dicunt autem hoc ipsum praestare,  
si ita appendatur.

Recenset etiam alia τεχναπτά οὐδὲ πολλῆς πίρης proba-  
ta, ex σπιέρᾳ χλωρᾳ lacerta viridi, ex ὄνυχισι τὸ παροντος,  
unguis patientis. Commendat etiam Τερέβην γένους τὸ  
τερψχουτεχνας, pilos ex hirci barba.

Τοῦτον δὲ τὸν Φυσικὸν ιατρῶν μεμαρτυρηταὶ διώκεον  
περιεταιον τὸ πεπτὸν παχέστενον εὑρεθὲν αἷμα Φυσιῶς.

*Dioscorides de re medica libro 3. cap. 13.* aliud amuletum ex  
aliorum sententiā commendat. οἱ δὲ τῆς κεφαλῆς σκόληνες  
εἰς κυτίδα ἐνδεόμενοι ηγέτης τερψχηλῷ ή βερψχί-  
ον, ισορρούντας πεπταινόντες θεραπεύεν. Ferunt quartanam sanare  
vermiculos in capitulo dipsaci repertos folliculo illigatos, collo bra-  
chioque appensos.

Platerus præ alii seu certa laudat amuleta: nem-  
pe araneam in nuce avellanā collo appensam: item  
jaspidis vel limacis lapidem gestare, vel talpam manibus,  
donec moriatur, tenere.

Rondeletius jubet folia salviae, sambuci, pedis columbini,  
 ruta, a. M. caltha p. trita cum modico salis & vini, carpisque  
alligata

292.

alligata ante paroxysmum, coctionis apparentibus signis,  
alligare.

*Crato epiph. medic. Scholtz. 113.* refert hoc. Simon Pistoris  
per triennium quartanā laboravit, dicebatque mihi se mul-  
tis remediis ulla esse, sed unum hoc profuisse. Accepisse vi-  
num sublimatum sive aquam vitae, & madefecisse prius  
tincam, & adveniente quartanā imposuisse ventriculo.

Diomedes Cornarius observ. med. cap. 3. experimentum se-  
curum ac secretum recenset: si tertia pars cordis leporis vi-  
no albo probè loti, & in æstivo sole exsiccati, vel juxta  
fornacem in initio paroxysmi, in vino albo clarō, vel aquā  
cardui benedicti calefactā exhibeatur. Atque hæc exhibi-  
tio ter distinctis paroxysmis repeti potest. Quartanarius  
pòst se componat ad sudorem per unam aut alteram horam.  
Sed fieri hoc debet universalibus præmissis.

TINCA per medium dissecta in febribus intermit-  
tentibus, ægrorum plantis pedum admovetur, ceu summum  
remedium, cuius felicem successum & singularem virtutem  
quotidiana probat experientia. Eodem modo carpis pe-  
dum applicatur, autore *Quercetano diet. polyhist. sect. 3. cap. 7.*

Nonnulli pro certo experimento venditant tres radi-  
ces plantaginis ante solis ortum collectas, & ex collo su-  
spensas in nodulo. In votis habent tum intermittentium  
aliarum, tum imprimis quartanæ inoffensum cursum tali  
amuleto intercipi.

Sed sincerum de amuletis antifebrilibus in genere ju-  
dicum: Satiùs est, cum causâ ægrotare, quam sine causâ  
juvari.

Devenirunt nonnunquam ad extrema, & incantationes  
quæruntur. Sed periculoſa res plena aleæ: quartanæ ma-  
leficiis curata, quæ evasit funesta, exempla non desunt.

## CAPUT XXXVII

fontem diæteticum invisit.

DIAETÆ in probâ institutione præcipua curationis  
Spes sita est, vixque etiam selectissima remedia profi-  
cere

*292.*  
cere poterunt, nisi ægri obedientia cum sedulitate medici faciat conjunctionem & sic concorditer ambo relucentur malo.

AER sit temperatè calidus & humidus, purus, lucidus; frigidus, caliginosus vitetur. Aeris M U T A T I O in lucro deputatur, & τὸς τετραῖς sanitati restituit. Restitutus æger etiam aeris habeat rationem: Si febris quievit, diu ejus meminisse diei convenit, eoque vitare, frigus, calorem, cruditatem, lassitudinem. Facilè enim revertitur nisi à fano quoque aliquamdiu timeatur.

MOTUS & QUIES. Quotidiè, inquit Celsus lib. 3. de medicinâ cap. 16. febrim expectabit æger, ante surgere & exerceri, dareque operam non oportet, ut in ipsam exercitacionem tempus febris incidat. Sic enim sàpè illa discutitur. At si in opere occupavit, tum se recipere.

CIBUS sit ἔνχυμος καὶ ἔνπεπτος: in initio morbi tenuior, præcipue primigeniâ, liberalior in succedaneâ. Temperatur humectantibus & attenuantibus: horagine, buglosso, cichorio, petroselino, capparibus, cinamomo, croco. Plenior autem convenit vietus, quia morbus est diurnus, ne vires deficiant. Id innuere videtur Cous i. aphor. cap. 6.

Aristoteles scit. i. problem. 57. judicatur idem asserere, dum ait: τετραῖς πυγέσσοις δεὶ μὴ λεπίσεν, αἴλλα πῦρ εὐ τοις σώμασιν ἐμποιεῖ εἰσάγοντα. In quartanis febribus oportet non attenuare, sed ignem in corporibus adaugere, vel calorem adaugere pleniore nutritum.

TEMPUS CIBANDI indicat Cous lib. 1. aphor. ii. nempe, post paroxysmum.

ANIMI παθήματα supra Lunæ locentur sphæram. Ibi semper serenum. TERRORE SUBITANEO quidem quartanarios, nonnulli, liberari posse, ajunt, ut aquæ frigidæ perfusione inopinatâ, serpentum, murium adspicere subitaneo, vel intento præcipio ex alto. Commotio ad iram etiam hoc pertinet. Animi affectuum, qui quartanis fuere remedio, exempla proponit Ballonius epid. & epemerid. lib. 1.


F I N I S.

153154

X2615746

R

104



### Farbkarte #13



7.  
Τελευτική Τελείωσις ἐνδιαμονήσιος!  
233.

DISSERTATIONEM INAUGURALEM  
DE  
**QUARTANA**  
**INTERMITTENTE,**  
CONSENSU  
SPLENDIDISSI MI MEDICORUM SENATUS,  
PRÆSIDE  
MAGNIFICO ACADEMIÆ RECTORE ET SENIORE,  
**GUERNEROROLFINCIO**  
Phil. ac Med. Doct. Practicæ ac  
Chimiæ Prof. Publ.  
Dr. Patrono ac Preceptore aeternum colendo,  
publicè discutiendam proponit  
**PRO LICENTIA,**  
summos in arte medicâ honores, privilegiaque  
Doctoralia legitimè adsumendi,  
**MICHAEL GRAMANN,**  
ILMENA-Thuringus,  
Magni Moscoviae Imperatoris designatus Archiater.  
In Auditorio majori, horis ante & pomeridianis,  
ad diem Decembr.

---

IN ATHENÆO SALANO.  
TYPIS KREBSIANIS.  
ANNO MDC LXVI.